ARCHIMEDES

in the Middle Ages

VOLUME THREE

THE FATE OF THE MEDIEVAL ARCHIMEDES

1300 to 1565

PART III: The Medieval Archimedes in
the Renaissance, 1450–1565

MARSHALL CLAGETT

C

The *Archimedis Liber de sphaera et cylindro*
of Francesco Maurolico

40 /Archimedis liber de sphaera et cylindro, ex traditione
Eutocii per Franciscum Maurolycum Mamertinum
Mathematicae disciplinae studiosissimum emendati, et
ad optimum ordinem restituti et adaucti.

5 Propositio I.

PYRAMIDIS SUPER BASIM AEQUILATERAM ET AEQUI-
ANGULAM ERECTAE SUPERFICIES (QUAE CONGERIES EST
TRIGONORUM AD VERTICEM PYRAMIDIS COEUNTIUM)
AEQUALIS EST TRIGONO RECTANGULO CUIUS UNUM
10 EORUM QUAE CIRCA RECTUM ANGULUM AEQUALE EST
PERPENDICULARI QUAE A VERTICE AD LATUS BASIS, RE-
LIQUUM VERO PERIMETRO BASIS.

Sit, exempli gratia, super basim pentagonam $ABGD$ aequilateram
et aequiangulam pyramis, cuius vertex Z, ita ut recta quae a puncto Z ad
15 centrum circuli circumscribentis pentagonum ABG sit ipsi pentagono
perpendicularis [see Fig. III.5C.1]. Unde fit ut triangula quae ad verticem
Z concurrunt sint invicem aequilatera et aequiangula; cadat autem a
puncto Z ad unum laterum pentagoni, utpote AB, perpendicularis ZH,
ponaturque trigonum TKL rectum qui apud K angulum habens, cuius
20 latus TK ipsi ZH, latus autem KL universo perimetro pentagoni ABG sit
aequale.

Dico itaque totam superficiem pyramidis, quae congeries est trigonorum
ad verticem Z coniunctorum, aequalem esse trigono TKL.

Secetur KL in tot segmenta quot sunt latera basis ABG, hoc est in hoc
25 exemplo in quinque partes KM, MN, NX, XO, OL, quae singulae sint
aequales singulis lateribus basis ABG, et connectantur TM, TN, TX, TO.
Itaque quoniam trigonorum AZB, TKM bases AB, KM sunt aequales, et
perpendiculares ZH, TK aequales, ideo ipsa trigona per 38^{am} primi
aequalia; sed per primam sexti trigonum TKL ad trigonum TKM, sicut
41 basis KL ad basim KM, et ideo quincuplum; ipsa quoque / superficies
31 pyramidis ABG, quae congeries est quinque trigonorum ad punctum Z
compactorum, quincupla est ad trigonum AZB. Ergo et dicta superficies
pyramidis ABG aequalis est trigono TKL, quod erat demonstrandum.

Propositio II.

CONI CURVA SUPERFICIES AEQUALIS EST TRIGONO REC-
TANGULO CUIUS UNUM LATERUM RECTUM ANGULUM CON-

TINENTIUM AEQUALE EST CONICO LATERI, RELIQUUM VERO
5 PERIPHERIAE BASIS.

Sit trigonum rectangulum *ABG*, rectum qui ad *B* angulum habens
[Fig. III.5C.2] quo super axem *AB* revoluto donec redeat ad locum
suum, describatur conus verticem habens *A*, basim vero circulum *GDE*,
sitque trigonum *ZHT* rectum apud *H* angulum habens, cuius latus *ZH*
10 ipsi hypothemisae (! hypothenusae) *AG* sit aequale; latus autem *HT*
peripheriae circulari *GDE* aequalis.

Dico quod conica superficies coni *AGDE*, quam describit linea *AG*,
aequalis est trigono *ZHT*.

Nam si trigonum *ZHT* non sit aequum conicae superficiei *AGDE*, erit
15 omnino aequum conicae superficiei coni habentis basim minorem mai-
oremve circulo *GD*, et altitudinem eandem cum cono *AGD*. Sit ergo
primum trigonum *ZHT* aequum conicae superficiei coni, cuius vertex *A*
basisque circulus *KL* minor ipso circulo *EG*, et latus *AL*, qui videlicet
conus ab ipso trigono *ALB* describitur. Et per 13^{am} 12^i intra circulum
20 *EG* describatur polygonium rectilineum aequilaterum et aequiangulum
cuius latera minime contingant circulum *KL*, et a vertice *A* descendant
hypothenusae ad angulos polygonii, quae cum lateribus polygonii con-
tinebunt pyramidem habentem cum cono *AGD* verticem eundem, et in-
clusam eidem cono. Itaque ducatur a vertice *A* perpendicularis ad unum
25 laterum polygonii *EG*, ut pote ad latus *GD*, quae perpendicularis sit
AM, eritque per praecedentem superficies pyramidis *AGD*, quae congeries
est trigonorum ad verticem *A* coeuntium, aequalis trigono rectangulo
cuius unum latus eorum quae circa rectum aequale est perpendiculari
AM, reliquum perimetro polygonii *GDE*. Huiusmodi ergo trigonum
30 minus est trigono *ZHT*, cuius latera *ZH*, *HT*, quae circa rectum,
maiora sunt, quippe quae aequalia sunt lateri *AG* et peripheriae circuli
GDE, quae maiora sunt perpendiculari *AM* et perimetro polygonii *GDE*.
Sed trigonum *ZHT* aequum fuit superficiei coni *ALK*. Igitur superficies
dicta pyramidis *AGD* minor est superficie coni *ALK*, quod est impos-
35 sibile, cum superficies pyramidis maior sit superficiei (!) coni *ALK*
inclusa. Vel sic, quoniam trigonum *ZHT* maius est trigono cui aequalis
est superficies pyramidis, superficies autem pyramidis maior est super-
ficie coni *ALK* inclusa, ergo trigonum *ZHT* maius est superficie coni
ALK; itaque non est ei aequale, sicut supponebatur.

40 Esto nunc trigonum *ZHT* aequum, si possibile est, conicae super-
42 ficiei coni habentis basim maio/rem circulo *GD* et eandem altitudinem
cum cono *AGD*; sitque, brevitatis causa, conus suppositus *ALK*, et trigoni
ZHT latus *ZH* aequum hypothenusae *AL*, at latus *HT* aequum peripheriae
circuli *KL*.

45 Aio iam quod non est possibile trigonum *ZHT* esse aequum super-
ficiei curvae alicuius coni habentis basim maiorem circulo *KL* et verticem *A*.
Nam, si possibile est, sit trigonum *ZHT* aequum superficiei coni cuius
basis circulus *EG* maior circulo *KL*, et describatur ut prius intra

circulum *EG* polygonium aequalium laterum non tangentium circulum
50   *KL*; et super poligonium pyramis *GD* vertice *A*, a quo ad unum laterum
polygonii *DG* cadat perpendicularis *AM*. Eritque per praecedentem
superficies pyramidis *AGD*, quae congeries est trigonorum ad verticem,
aequalis trigono rectangulo cuius laterum quae circa rectum unum aequale
est perpendiculari *AM*, reliquum perimetro polygonii *GDE*. Hoc itaque
55   trigonum maius est trigono *ZHT*, cum habeat latera quae circa rectum
maiora. Sed trigonum *ZHT* aequum fuit superficiei coni *AGDE*. Ergo
dicta pyramidis superficies maior est superficie coni *AGDE*, inclusa
claudente, quod est impossibile. Similiter ergo si trigoni *ZHT* latus *ZH*
hypothenusae *AG*, et latus *HT* peripheriae circuli *EG* sit aequale, non
60   esset trigonum *ZHT* aequale superficie (*!*) coni cuiuspiam cuius basis sit
maior circulo *EG* et vertex *A*. Fuitque ostensum quod nec idem trigonum
aequum est superficiei coni cuiuslibet cuius basis sit minor circulo *EG*,
et vertice *A*. Superest ergo ut idem trigonum *ZHT* aequum sit conicae
superficiei coni *AGDE*, quod erat demonstrandum.

65   Corollarium I.

Manifestum est ergo quod ex ductu conici lateris in dimidium
periphaeriae basis producitur conica superficies, quemadmodum ex ductu
unius laterum quae circa rectum in trigono rectangulo in reliqui dimidium
per 41^{am} primi consurgit area trigoni.

70   Corollarium II.

Rursum ex ductu semidiametri conicae basis in semiperipheriam circuli
cuius semidiameter est latus conicum producitur conica superficies, quod
sequitur ex tertio corollario primae (*!* sextae).

                            Corollarium III.

75   Demum circulus cuius semidiameter est media proportionalis inter
latus conicum ac semidiametrum conicae basis aequalis est conicae
superficiei, quod sequitur ex prostremo corollario primae (*!* sextae).

43   /Propositio III.

CONICA SUPERFICIES AD BASIM EST SICUT CONICUM LATUS
AD SEMIDIAMETRUM BASIS.
Sit conus *ADG* descriptus a trigono *ABG* angulum *B* rectum habente
5   et revoluto circa axem *AB*, cuius vertex *A*, basis *DG*, eiusque semi-
diameter *BG* [Fig. III.5C.3].
Aio quod curva superficies coni *ABG* ad circulum *DG* est sicut
hypothenusae *AG* ad semidiametrum *BG*.
Sit enim trigonum *ZHT* rectum angulum *Z* habens, cuius latus *ZH*
10   sit aequum hypothenusae *AG*, ipsum vero *ZT* aequum peripheriae (!)

circuli *DG*. Item de *ZH* (quae maior est ipsa *BG*, quoniam *AG* maior eadem) abscindatur ipsi *BG* aequalis *ZN*, et connectatur *NT*. Per 4ᵃᵐ libelli de dimensione circuli trigonum *ZNT* aequum circulo *DG*, trigonum vero *ZHT* per praemissam aequum curvae superficiei coni *DAG*. Sed per
15 primam 6ⁱ et coniunctam proportionem, sicuti *ZH* ad *ZN*, sic trigonum *ZTH* ad trigonum *ZTN*. Ergo superficies curva coni *ADG* ad circulum *DG*, sicut *ZH* ad *ZN*, et ideo sicut *AG* ad *BG*, quod erat demonstrandum.

Vel sic per corollarium quartae de dimensione circuli, area circuli *DG* aequalis est ei quod fit ex semidiametro *BG* in semiperipheriam
20 *DG*. Per corollarium praemissae, conica superficies *ADG* aequalis est ei quod fit ex *AG* latere in semiperipheriam *DG*. Ergo adhuc per primam 6ⁱ sicut *AG* ad *BG*, sic conica superficies *ADG* ad circulum *DG*, quod est propositum.

Propositio IV.

CYLINDRI CURVA SUPERFICIES AEQUALIS EST REC-
TANGULO SUB LATERIBUS CONTENTO QUORUM UNUM AXI
CYLINDRICO, RELIQUUM VERO PERIPHERIAE BASIS EST
5 AEQUALE.

Sit parallelogrammum rectangulum *ABGD*, quo semel revoluto circa latus *AB* fixum, describatur cylindrus axem habens *AB*, basim vero circulum *GE* [Fig. III.5C.4]. Sitque rectangulum *ZHT*, cuius latus quidem *ZH* axi *AB*, latus vero *HT* peripheriae circuli *EG* sit aequale.
10 Aio quod cylindrica superficies quam describit latus *GD* aequalis est rectangulo *ZT*.

Nam si rectangulum *ZHT* non sit aequum cylindricae superficiei quam describit linea *DG*, erit aequum cylindricae superficiei alicuius cylindri
44 ha/bentis basim maiorem, minoremve circulo *EG* circa eundem axem *AB*.
15 Sit ergo primum rectangulum *ZHT* aequum curvae superficiei cylindri cuius basis sit circulus *KL* minor circulo *EG*, et axis idem *AB*, qui scilicet cylindrus a rectangulo *ABLM* circa axem *AB* circumducto describitur, et cuius curva superficies describitur a linea *LM*. Et per 13ᵃᵐ 12ⁱ inscribitur circulo *EG* polygonium *EG* laterum aequalium minime
20 contingentium circulum *KL*, super quod polygonium erigatur prisma eandem cum cylindro habens celsitudinem, ductis lateribus cylindri super angulos polygonii perpendicularibus. Eruntque parallelogrammata pris-matis quorum bases sunt latera polygonii simul aequalia per 36ᵃᵐ primi vel per primam 6ⁱ rectangulo quod fit ex axe *AB* in perimetrum
25 polygonii *EG*. Sed hoc rectangulum minus est rectangulo *ZT*, quod fit ex axe *AB* in peripheriam circuli *EG*, quae maior est perimetro polygonii. Rectangulum autem *ZT* aequum fuit superficiei cylindricae quam describit linea *LM*. Igitur parallelogrammum prismatis cuius basis polygonium *EG* minus est quam superficies cylindrica quam describit
30 linea *LM*; superficies, inquam, claudens minor est inclusa, quod est impossibile.

Vel sic quoniam rectangulum ZT maius est rectangulis prismatis praedictis, rectangula vero prismatis maiora quam superficies cylindrica quam describit linea LM, quandoquidem includens inclusa maior, ideo
35 rectangulum ZT maius superficie cylindrica quam describit linea LM. Quare non ei aequale sicut proponebatur.

Esto nunc rectangulum ZHT aequum, si possibile est, cylindricae superficiei cylindri habentis basim maiorem circulo EG et axem AB. Sitque brevitatis causa, cylindrus suppositus cuius axis AB et basis circulus KL,
40 qui scilicet describitur a rectangulo $ABLM$ circumducto semel circa axem AB, et rectanguli ZT latus ZH aequum axi AB, et latus HT aequum peripheriae circuli KL.

Aio iam quod non est possibile rectangulum ZT esse aequum superficiei curvae alicuius cylindri circum axem AB descripti, et habentis basim
45 maiorem circulo KL.

Nam, si possibile est, sit rectangulum ZT aequum superficiei curvae cylindri cuius basis circulus EG maior circulo KL, qui scilicet a rectangulo $ABGD$ circum axem AB revoluto, et cuius superficies curva a linea GD describitur. Et inscribatur ut prius circulo EG polygonium aequalium
50 laterum non tangentium circulum KL, et super polygonium prisma inclusum cylindricae superficiei quam describit linea GD. Eruntque prismatis rectangula quorum bases sunt latera polygonii simul aequalia per 36^{am} primi vel primam 6^i rectangulo quod fit ex axe AB in perimetrum polygonii EG. Hoc itaque rectangulum maius est rectangulo ZT, quoniam
55 illius unum latus aequale uni lateri huius, et reliquum reliquo maius (maius enim perimeter polygonii EG quam peripheria KL). Sed rectangulum ZT aequum fuit superficiei cylindricae quam describit linea GD. Ergo dicta prismatis rectangula simul maiora sunt superficie cylindrica quam describit linea GD. Superficies itaque inclusa prismatis maior super-
60 ficie cylindrica claudente, quod est impossibile: Non est igitur rectangulum ZT aequum alicui curvae superficiei cylindri circum axem AB cuius basis sit maior circulo KL.

45 / Similiter ergo si rectanguli ZT latus ZH axi AB, et latus HT peripheriae circuli EG sit aequale, non erit rectangulum ZT aequum superficiei curvae
65 cylindri cuiuspiam circum axem AB cuius basis sit maior circulo EG. Fuitque ostensum quod nec idem rectangulum aequum est superficiei curvae cylindri cuiuspiam circum axem AB cuius basis sit minor circulo EG. Superest ergo ut idem rectangulum ZT aequale sit superficiei curvae cylindri cuius axis AB basisque circulus EG, quam scilicet superficiem
70 describit linea GD, quod est propositum.

Corollarium I.

Manifestum est ergo quod cylindrica superficies producitur ex axe cylindrico in peripheriam basis.

Corollarium II.

75   Rursum ex ductu diametri cylindricae basis in peripheriam circuli cuius diameter est cylindricus axis producitur cylindrica superficies, quod sequitur ex tertio corollario primae (! sextae).

Demum circulus cuius semidiameter est media proportionalis inter latus seu axem cylindricum ac diametrum cylindricae basis superficiei
80   cylindricae aequalis est, quod sequitur ex postremo corollario primae (! sextae).

Propositio V.

CYLINDRICA SUPERFICIES AD CONICAM EUNDEM AXEM EANDEMQUE BASIM HABENTEM EST SICUT AXIS AD DIMIDIUM CONICI LATERIS; CYLINDRICA QUOQUE SUPERFICIES AD
5   BASIM EST SICUT AXIS AD DIMIDIUM SEMIDIAMETRI.

Circumducto rectangulo $ABGD$ circum axem AB semel describatur cylindrus, et circum eundem axem revoluto triangulo ABG fiat conus, eritque tam cylindri quam coni basis circulus quem describit linea BG, qui sit EG [Fig. III.5C.5].
10   Aio quod cylindrica superficies quam describit linea DG ad conicam superficiem quam describit linea AG est sic axis AB ad dimidium lineae AG, ad circulum vero EG sicut axis AB ad dimidium lineae BG.

Nam per praecedentem cylindrica superficies quam describit linea GD aequalis est ei quod fit ex AB in peripheriam circuli EG. Per 2^{am} autem
15   huius conica superficies quam describit linea AG aequalis est ei quod fit ex AG in dimidium peripheriae EG; ergo et ei quod fit ex dimidio ipsius AG in totam peripheriam EG. Per corollarium vero quartae de circuli dimensione, circulus EG aequalis est ei quod fit ex BG in dimidium peripheriae EG; ergo et ei quod ex dimidio ipsius BG in totam peripheriam
20   EG. Igitur cum horum trium rectangulorum una sit altitudo, quae est aequalis peripheriae circuli EG, iam per primam 6^i erunt ad invicem sicut bases. Itaque cylindrica superficies quam describit linea DG ad conicam quam describit linea AG erit sicut DG ad dimidium AG; ad circulum vero EG sicut linea AB ad dimidium ipsius BG, quod est propositum.

46   /Propositio VI.

CIRCULORUM PERIPHERIAE SUNT DIAMETRIS PROPOR-TIONALES

[Demonstratio huius propositionis habetur in 8^{va} praeambuli Maurolyci.]
5   Sunto enim duo circuli AB, GD, quorum diametri AB, GD [Fig. III.5C.6].

Aio quod diameter AB ad diametrum GD, sicut peripheria AB ad peripheriam GD.

Sit enim sicut diameter *AB* ad diametrum *GD*, sic iam peripheria
10 *AB* ad peripheriam *EZ*. Et erit peripheria *EZ* aequalis peripheriae *GD*,
secus enim erit minor aut maior. Si minor, sit ipsi *GD* concentrica, et
per 13^am 12^i inscribatur peripheriae *GD* polygonium aequilaterum quod
peripheriam *EZ* non tangat; et aliud ipsi simile intra peripheriam *AB*.
Eritque, propter figurarum similitudinem, sicut diameter *AB* ad diametrum
15 *GD*, sic perimeter figurae *AB* ad perimetrum figurae *GD*. Quare sicut
perimeter figurae *AB* ad perimetrum figurae *GD*, sic erit peripheria *AB*
ad peripheriam *EZ*. Maior autem perimeter figurae *GD* quam peripheria
EZ, nimirum continens contento. Ergo per 14^am 5^i maior erit perimeter
figurae *AB* quam peripheria *AB*: comprehensum comprehendente, quod est
20 imposibile (*!*). Si autem peripheria *EZ* sit maior quam peripheria *GD*, tunc
conversim erit peripheria *EZ* ad peripheriam *AB*, sicut diameter *GD* ad
diametrum *AB*, et sic sit iam peripheria *GD* ad peripheriam *TH*; eritque
per 14^am, 5^i minor peripheria *TH* quam peripheria *AB*. Itaque erit sicut
diameter *GD* ad diametrum *AB*, sic nunc peripheria *GD* ad peripheriam
25 *TH* minorem peripheria ipsius diametri *AB*, quod ducit ad primum im-
possibile. Quamobrem non erit peripheria *EZ* maior quam pripheria (*!*)
GD. Fuitque ostensum quod nec minor. Omnino igitur erit ei aequalis; fuit
autem peripheria *AB* ad peripheriam *EZ*, sicut diameter *AB* ad diametrum
GD. Ergo et peripheria *AB* ad peripheriam *GD* erit item sicut diameter
30 *AB* ad diametrum *GD*, quod erat demonstrandum.

Manifestum est ergo quod sicut est diameter propositi circuli ad ag-
gregatum ex diametris quorumcumque circulorum, sic est peripheria pro-
positi circuli ad aggregatum ex peripheriis omnium illorum circulorum,
hoc enim sequitur ex praemissa, et 13^a 5^i.
35 Quare si diameter propositi circuli sit aequalis aggregato ex diametris
quotcumque circulorum, et peripheria propositi circuli aequalis erit ag-
gregato ex peripheriis omnium illorum circulorum.

Item quod fit ex diametro primi circuli in peripheriam secundi aequale
est ei quod fit ex diametro secundi in peripheriam primi; idemque de
40 semidiametris ac peripheriis dicendum. Id enim sequitur ex praemissa, et
15^a 6^i.

Denique si trium circulorum diametri sint continue proportionales, tunc
quoniam et eorum peripheriae sunt in eadem ratione proportionales,
44 estque ob id, sicut semidiametrum primi ad semidiametrum secundi, sic
47 semiperipheria secundi ad semiperi/pheriam tertii. Propterea per 15^am 6^i
erit quod fit ex [semi]diametro primi in semiperipheriam tertii, aequale ei
quod fit ex semidiametro secundi in semiperipheriam ipsius secundi; et
perinde aequale ipsi circulo secundo, quin ex semidiametro in semi-
peripheriam producitur area circuli.

50   Alia demonstratio eiusdem sextae.

Sunto duo circuli *AB*, *GD*, quorum diametri *AB*, *GD*.
Aio quod peripheria *AB* ad peripheriam *GD* est sicut diameter *AB* ad
diametrum *GD*.

Nam si sic non fuerit, erit sicut diameter *AB ad* diametrum *GD*, sic
55   peripheria *AB* ad aliquam peripheriam minorem, maioremve peripheria
GD. Sit ergo primum sicut diameter *AB* ad diametrum *GD*, sic peripheria
AB ad peripheriam *EZ* minorem peripheria *GD*, et ei concentricam. Et per
13^{am} 12^i inscribatur circulo *GD* poligonium aequalium laterum non tan-
gentium circulum *EZ*, quod sit polygonium *GD*; et simile ipsi circulo *AB*
60   inscribatur. Eritque, propter polygoniorum similitudinem, perimeter poly-
gonii *AB* ad perimetrum polygonii *GD*, sicut diameter *AB* ad diametrum
GD, et ideo sicut peripheria circuli *GB* (*! AB*) ad peripheriam circuli
EZ. Et permutatim, erit sicut peripheria circuli *AB* ad perimetrum poly-
gonii *AB*, sic peripheria circuli *EZ* ad perimetrum polygonii *GD*. Sed
65   peripheria circuli *AB* maior est perimetro polygonii *AB*; ergo peripheria
circuli *EZ* maior est perimetro polygonii *GD*: inclusa includente, quod
est impossibile.

Sit deinde sicut diameter *AB* ad diametrum *GD*, sic peripheria *AB* ad
peripheriam *HT* maiorem peripheria *GD* eritque conversim, sicut diameter
70   *GD* ad diametrum *AB*, sicut peripheria *HT* ad peripheriam *AB*, et sic sit
peripheria *GD* ad quampiam peripheriam *EZ*; eritque permutatim, sicut
peripheria *HT* ad peripheriam *GD*, sic peripheria *AB* ad peripheriam *EZ*.
Maior autem peripheria *HT* quam peripheria *GD*. Ergo et maior peripheria
AB quam peripheria *EZ*. Quare fiet sicut diameter *GD* ad diametrum
75   *AB*, sic peripheria *GD* ad peripheriam *EZ* minorem peripheria *AB*. Unde
sequitur idem impossibile quod prius. Itaque ratio diametri *AB* ad
diametrum *GD* non est sicut peripheria *AB* ad peripheriam aliquam
maiorem, minoremve peripheria *GD*. Erit ergo sicut ipsa peripheria *AB*
ad peripheriam *GD*, quod erat demonstrandum, quamquam idem in quinta
80   libelli de dimensione circuli abstractive demonstratur.

Corollarium.

Manifestum est ergo quod sicut est diameter dati circuli ad aggregatum
diametrorum quotcunque circulorum, sic peripheria dati circuli ad ag-
gregatum ex peripheriis omnium illorum circulorum. Hoc enim patet ex
85   praemissa, et 13^a 5^i. Quapropter, si dimeter (*!*) sit aequalis aggregato
diametrorum, peripheria erit aequalis aggregato peripheriarum.

Corollarium.

Item quod fit ex diametro circuli in peripheriam alterius circuli,
aequum ei quod ex diametro huius in peripherium illius. Hoc patet ex
90   praesenti, et 15^a 6^i.

48

/Propositio VII.

CONI-COLURI CURVA SUPERFICIES AEQUALIS EST EI QUOD
FIT EX LATERE IPSIUS CONI IN DIMIDIAS BASIUM PERIPHERIAS.
Sit trigonum *ABG* rectum qui apud *B* angulum habens, et *DE* ipsi *BG*
5   parallelus [Fig. III.5C.7]; et circumducto triangulo *ABG* semel circum

axem *AB*, sit a trigono *ABG* descriptus conus *AGZ* basim habens circulum *GZ*, qui vero a trigono *ADE* conus describitur, sit *AHE* basim habens circulum *HE*. Horum autem conorum differentia, quae scilicet describitur a trapezio *DBGE*, vocatur colurus-conus; habetque duas bases in-

10   aequales circulos scilicet *GZ*, *EH*.

Aio itaque quod curva superficies coni-coluri, quae scilicet describitur a linea *EG*, aequalis est ei quod fit ex ipsa linea *EG* in dimidias peripherias circulorum *GZ*, *EH*.

Exponatur enim trigonum *TKL* rectum qui apud *K* angulum habens,

15   cuius latus *TK* sit ipsi *AG* hypotenusae, latus vero *KL* ipsi *GZ* peripheriae aequale, eritque per 2ᵃᵐ huius coni *AGZ* curva superficies aequalis trigono *TKL*. Ponatur ipsi *GE* aequalis *KM*, et ducatur ipsi *KL* parellelus *MN*, eritque, propter triangulorum similitudinem, sicut *TK* ad *TM*, et ideo sicut *GA* ad *AE*, et ideo sicut semidiametrum *BG* ad semidiametrum *DE*, sic *KL* ad

20   *MN*. Sed per praemissam, sicut *BG* semidiameter ad *DE* semidiametrum, sic *GZ* peripheria ad *EH* peripheriam. Igitur sicut *GZ* peripheria ad *EH* peripheriam, sic *KL* ad *MN*; et permutatim, sicut peripheria *GZ* ad *KL*, sic peripheria *EH* ad *MN*; aequalis autem est peripheria *GZ* lineae *KL*. Ergo et peripheria *HE* aequalis lineae *MN*. Et quoniam *TM* aequalis ipsi

25   *AE*, ideo per 2ᵃᵐ huius superficies coni *AHE* aequalis est trigono *TMN*; fuit autem curva superficies coni *AZG* aequalis trigono *TKL*. Ergo curva superficies coni-coluri *EZ* aequalis erit trapezio *KMNL*.

Connectantur itaque *KN*, *ML*, eruntque per 7ᵃᵐ primi triangula *KML*, *KNL* aequalia invicem. Sed quod fit ex *KM* in *KL* est duplum trianguli

30   *KML*, ergo et duplum trianguli *KNL*. Quod autem fit ex *KM* in *MN* duplum est trianguli *KMN*. Igitur quod fit ex *KM* in ipsas *KL*, *MN* duplum est totius trapezii *KMNL*. Itaque quod fit ex *KM* in dimidium ipsarum *KL*, *MN* aequum est trapezio *KMNL*. Verum *KM* fuit aequalis ipsi *EG*, ipsa autem *KL* aequalis peripheriae *ZG*, ipsa vero *MN* aequalis peripheriae

35   *EH*. Ergo quod fit ex *EG* in dimidias peripherias circulorum *GZ*, *EH* aequum est trapezio *KMNL*, et ideo curvae superficiei coni-coluri *EZ* cui fuit trapezium aequale, et hoc erat demonstrandum.

Corollaria.

Itaque quod fit ex aggregato semidiametrorum basium coni-coluri in

40   peripheriam cuius diameter est latus conicum aequale est superficiei conicae, quod sequitur ex 2° et 3° corollario secundae.

49   /Adhuc et circulus cuius semidiameter est media proportionalis inter latus coni-coluri et aggregatum ex semidiametris basium aequalis est conicae superficiei, quod sequitur ex postremo corollario primae (! sextae)

Propositio VIII.

SI IN CIRCULO DESCRIPTI POLYGONII AEQUILATERI DI-
MIDIUM, AD TERMINOS DIAMETRI TERMINATUM, DIAMETRO
STANTE MOVEATUR PERFECTA REVOLUTIONE, DESCRIPTI

5 SOLIDI CONICAE SUPERFICIES CONIUNCTAE AEQUALES
ERUNT EI QUOD FIT EX DUCTU LATERIS POLIGONII IN
OMNES PERIPHERIAS CIRCULORUM AB ANGULIS POLYGONII
DESCRIPTORUM.

Intra circulum *AB*, cuius diameter *AB*, describatur polygonium
10 aequalium laterum [Fig. III.5C.8], ut puta decagonum *AGDEZBHTKL*,
et ducantur *GL*, *DK*, *ET*, *ZH*, quae etiam ad rectos angulos secabunt
diametrum *AB* in punctis *M*, *N*, *X*, *O*; circumvolvatur autem dimidium
polygonii utrumlibet, ut puta dimidium *ADB*, stante diametro *AB* completa
revolutione, qua circumductione ipsum polygonii dimidium describet
15 quodam solidum tornatile *ADB* compositum ex diversis solidis, scilicet
ex conis quos describunt triangula *AGM*, *BZO*, ex conis-coluris quos de-
scribunt trapezia *MGDN*, *OZEX*, et ex cylindro quem describit rec-
tangulum *NDEX*; describunt, inquam, in ipsa semipolygonii revolutione.
Si numerus laterum ipsius semipolygonii sit par, tunc ad compositionem
20 descripti solidi non interveniet cylindrus, non enim erit latus medium,
quod parallelum sit diametro, sicut hic *ED* parallelus est ipsi *AB*, et in
revolutione describat cylindrum.

Aio itaque quod solidi tornatilis *AB* conicae superficies, hoc est tota
solidi superficies, aequalis est ei quod fit ex ductu lateris *AG* in peripherias
25 circulorum quos describunt lineae *MG*, *ND*, *XE*, *OZ*.

Nam per 2[am] huius conica superficies quam describit linea *AG* aequalis
est ei quod fit ex *AG* in dimidium peripheriae descriptae ab angulo
G, et per eandem conica superficies quam describit linea *BZ* aequalis est
ei quod fit ex *BZ*, vel *AG*, in dimidium peripheriae descriptae ab angulo *Z*.
30 Item per praecedentem curva superficies coni-coluri quam describit linea
GD aequalis est ei quod fit ex ductu lateris *GD*, vel *AG* in dimidias
peripherias descriptas ab angulis *G*, *D*; et per eandem superficies coni-
coluri quam describit linea *EZ* aequalis est ei quod fit ex ductu lateris
EZ, vel *AG*, in dimidias peripherias descriptas ab angulis *Z*, *E*. Adhuc
35 cylindrica superficies quam describit linea *DE* per primam (! quartam)
huius aequalis est ei quod fit ex ductu lateris *DE* in peripheriam
descriptam ab angulo *D*, vel angulo *E*, cum uterque describat peripheriam
cylindricae basis. Et ideo dicta cylindrica superficies aequalis est ei quod
fit ex ductu lateris *DE* vel *AG* in dimidias peripherias descriptas ab angulis
40 *E*, *D*. Itaque in hos ductus concurrunt omnes et integrae peripheriae
descriptae ab angulis *G*, *D*, *E*, *Z*. Quare per primam 2[i] elementorum omnes
conicae superficies descriptae a semipolygonio *ADB*, quae tota est a semi-
poligonio descripti solidi superficies, aequalis est ei quod fit ex ductu
lateris *AG* in peripherias omnes et integras descriptas ab angulis *G*, *D*,
45 *E*, *Z*.

/Hoc idem ostendam de solido descripto a semipolygonio cuius laterum
numerus erit par. Sed quoniam ibi non contingit aliquis cylindrus, non
opus erit citare 4[am] huius sed solum 2[am] propter conos qui semper fiunt
apud extrema diametri stantis, et per praecedentem, propter conos-coluros
50 intermedios. Verum ergo, quod proponitur.

Propositio IX.

SI IN CIRCULO DESCRIPTI POLYGONII AEQUILATERI DIMIDIUM AD TERMINOS DIAMETRI TERMINATUM DIAMETRO STANTE, DONEC AD LOCUM SUUM REDEAT, CIRCUM-
5 DUCATUR, DESCRIPTI SOLIDI TOTA SUPERFICIES AEQUALIS ERIT EI QUOD FIT EX DUCTU PERIPHERIAE CONTINENTIS POLYGONIUM IN LINEAM QUAE CUM DIAMETRO EIUSDEM CIRCULI ET LATERE POLYGONII IN IPSO CIRCULO CON- STITUIT TRIGONUM RECTANGULUM.

10   Intra circulum AB, cuius diameter AB, sit descriptum aequilaterum polygonium [Fig. III.5C.9], quodvis ut puta dodecagonum, cuius anguli sint apud puncta $A, G, D, E, Z, H, B, T, K, L, M, N$, et ducantur lineae GN, DM, EL, ZK, HT secantes orthogonaliter diametrum AB apud puncta X, O, P, R, S. Item lineae DN, EM, ZL, HK, secantes dictum (!)
15 diametrum apud puncta Y, F, C, Q. Item recta BG faciens cum GA latus rectum angulum per 29^{am} 3^{ii} et circumducto semipolygonio AEB super axem AB completo ambitu describatur solidum tornatile conicarum superficierum, quemadmodum in praecedenti.

Aio quod huiusmodi solidi tota superficies, quae scilicet aggregatum est
20 conicarum superficierum a lateribus semipolygonii descriptarum, aequalis est ei quod fit ex ductu lineae BG in peripheriam circuli AB.

Nam per praecedentem quod fit ex AG in omnes peripherias descriptas ab angulis G, D, E, Z, H aequum est toti superficiei solidi a semipoly- gonio descripti, quam demonstrationem, si placet, sic repete.

25

Superficies conica quam describit latus	AG aequale est ei quod fit ex latere AG in dimidium peripheriae cuius diameter			GN
	GD .... AG .... GN			DM
	DE .... AG .... DM			EL
	EZ .... AG .... EL			ZK
	ZH .... AG .... ZK			HT
	HB .... AG .... HT			

30

Et hoc per 7^{am} praemissam et 2^{am}. Quare per primam 2^{i} Elementorum tota superficies solidi a semipolygonio descripti aequalis est ei quod fit ex latere AG in omnes peripherias, quarum diametri GN, DM, EL, ZK,
51 HT. Sed triangula $GAX, NGX, DQO, MCO, / ECP, LFP, ZFR, KRY$
35 HXS (! HYS), TBS sunt similia triangulo BGA quoniam scilicet sunt orthogonia, et anguli assumentes aequales arcus sunt aequales per 26^{am} 3^{ii}; quare et reliqui aequales.

Itaque per 4^{am} sexti: sicut BG ad GA, sic

$$\begin{array}{l} GX - \text{ad} - XA \\ XN \ldots\ldots XQ \\ DO \ldots\ldots QO \\ OM \ldots\ldots OC \\ EP \ldots\ldots CP \\ PL \ldots\ldots PF \\ ZR \ldots\ldots FR \\ RK \ldots\ldots RY \\ HS \ldots\ldots YS \\ ST \ldots\ldots SB. \end{array}$$

40

45

Quare per 13^{am} 5^i sicut *BG* ad *GA*, sic aggregatum *GN*, *DM*, *EL*, *ZK*, *HT* ad totam *AB*, et ideo per corollarium 6^{ae} huius, sicut *BG* ad *GA*, sic peripheria cuius diameter est aggregatum ex *GN*, *DM*, *EL*, *ZK*, *HT* ad peripheriam cuius diameter *AB*. Sed peripheria cuius diameter est aggregatum ex *GN*, *DM*, *EL*, *ZK*, *HT* per corollarium 6^{ae} huius aequalis est aggregato periperiarum (*!*) quarum diameteri *GN*, *DM*, *EL*, *ZK*, *HT*. Igitur sicut *BG* ad *GA*, sic aggregatum peripheriarum quarum diametri *GN*, *DM*, *EL*, *ZK*, *HT* ad peripheriam cuius diameter *AB*. Quare per 15^{am} sexti Elementorum, quod fit ex *BG* in peripheriam cuius diameter *AB* aequum est ei quod fit ex *GA* in aggregatum peripheriarum quarum diameteri (*!*) *GN*, *DM*, *EL*, *ZK*, *HT*. Sed per praecedentem, quod fit ex *GA* in aggregatum peripheriarum quarum diametri *GN*, *DM*, *EL*, *ZK*, *HT* aequale est superficiei solidi a semipolygonio *AEB* descripti. Ergo quod fit ex *BG* in peripheriam cuius diameter *AB* aequale est superficiei solidi a semipolygonio *AEB* descripti; et hoc erat demonstrandum.

Corollarium I.

Unde et quod fit ex diametro *AB* in peripheriam circuli cuius diameter est *BG* aequale erit eiusdem solidi tornatilis superficiei, quod quidem sequitur ex praesenti, et ex tertio corollario primae (*!* sextae). Item circulus cuius semidiameter est media proportionalis inter ipsas lineas *AB*, *BG* aequalis est superficiei memorati solidi tornatilis, quod sequitur ex ultimo corollario primae (*!* sextae).

Corollarium II.

Hinc manifestum est quod superficies solidi a semipolygonio *AEB* descripti aequalis est cylindricae superficiei cuius axis est linea *BG* et basis circulus *AB*; namque per 4^{am} huius cylindrica superficies aequalis est ei quod ex axe in peripheriam basis.

/ Corollarium III.

Item quod fit ex perpendiculari a centro circuli ad latus polygonii in peripheriam circuli continentis polygonium dimidium est totius superficiei solidi a semipolygonio super diametrum semel revoluto descripti. Nam perpendicularis quae a centro *P* ad latus *AG* dimidium est ipsius *BG*, sicut *AP* dimidium ipsius *AB*. Itaque quod ex dicta perpendiculari in peripheriam *AB* dimidium est eius quod ex *BG* in peripheriam *AB*, et ideo dimidium superficiei praedicti solidi a semipolygonio descripti.

Propositio X.

SPHAERAE SUPERFICIES AEQUALIS EST RECTANGULO QUOD FIT EX DIAMETRO SPHERAE (*!*) IN PERIPHERIAM MAXIMI SUI CIRCULI.

Sit circulus *ABGD*, cuius centrum *E*, diameter *AG*, et circumducto semel

altero semicirculorum, ut puta semicirculo ABG, stante diametro AG, describatur sphaera ABG [Fig. III.5C.10].

Aio quod superficies sphaerae ABG aequalis est ei quod fit ex diametro AG in peripheriam circuli ABG.

10 · Nam si quod fit ex AG in peripheriam circuli ABG non est aequale superficiei sphaerae ABG, erit aequale superficiei sphaerae alicuius maioris vel minoris sphaera ABG. Sit ergo primum aequale superficiei sphaerae ZHT minoris ipsa sphaera ABG et cum ea concentricae, cuius diameter ZT, et quam circa diametrum ZT revolutus describit semicirculus ZHT. Et per 13^{am} 12^{i} inscribatur circulo ABG polygonium
15 aequalium laterum minime tangentium circulum ZHT, quod sit polygonium $ABGD$, cuius laterum unum sit AK. Et connectatur GK, ac polygonii dimidio circa diametrum AG circumducto, describatur solidum tornatile conicarum superficierum iam minime tangentium sphaeram ZHT.

20 Eritque per praecedentem, quod fit ex GK in peripheriam ABG circuli aequum superficiei universae solidi ABG a semipolygonio descripti. Sed quod fit ex diametro AG in peripheriam circuli ABG maius est eo quod fit ex GK in peripheriam eandem. Ergo quod fit ex diametro AG in peripheriam circuli ABG, et ideo ipsa sphaerae ZHT superficies, maior
25 erit solidi a semipolygonio ABG descripti superficie: inclusa includente, quod est impossibile.

Vel sic, quoniam quod fit ex AG diametro in peripheriam ABG circuli maius est solidi a semipoligonio ABG descripti superficie, et haec maior superficie sphaerae ZHT inclusae, ideo quod fit ex AG diametro in
30 peripheriam ABG circuli maius est ipsa sphaerae ZHT superficie; non est ergo ei aequalis sicut supponebatur.

Sit deinde quod fit ex AG in peripheriam circuli ABG aequale superficiei sphaerae maioris ipsa sphaera ABG, sed, brevitatis causa, sit proposita sphaera ZHT.
35 Aio quod id quod fit ex diametro ZT in peripheriam circuli ZHT non erit aequale superficiei alicuius sphaerae maioris sphaera ZHT.

Nam, si possibile est, sit aequale superficiei sphaerae ABG ipsi ZHT concentricae, et quam circa diametrum AG describit semicirculus ABG, et inscribatur, ut prius, circulo ABG polygonium aequalium laterum non
40 tangentium circulum ZHT, cuius unum laterum fit AK, et ducetur GK, et EL perpendicularis ad AK. Et circumducto semipolygonio ABG super diametrum AG describatur solidum tornatile conicarum superficierum
53 / iam minime tangentium sphaeram ZHT. Est autem GK dupla ipsius EL, sicut AG dupla ipsius AE. Sed ZT dupla ipsius ZE minor ipsa EL. Ergo
45 GK maior quam ZT. Quare quod fit ex GK in peripheriam circuli ABG maius est eo quod fit ex diametro ZT in peripheriam circuli ZHT. Verum quod fit ex GK in peripheriam circuli ABG, per praecedentem, aequale est superficiei solidi a semipolygonio ABG descripti. Quod autem fit ex diametro ZT in peripheriam circuli ZHT aequum est (per hypothesim)
50 superficiei sphaerae ABG. Igitur superficies solidi a semipoligonio ABG descripti maior est superficie sphaerae ABG: inclusa includente, quod est

impossibile. Non est ergo quod fit ex *ZT* diametrum (*!* diametro) in peripheriam *ZHT* aequale superficiei alicuius sphaerae maioris sphaera *ZHT*. Similiter ostendam quod id quod sit ex *AG* diametrum (*!* diametro)
55 in peripheriam circuli *ABG* non est aequale superficiei sphaerae alicuius maioris sphaera *ABG*; sed nec minoris, ut fuit ostensum. Superest ergo ut id quod fit ex diametro *AG* in peripheriam *ABG* aequale sit superficiei sphaerae *GBG* (*!* *ABG*), quod erat demonstrandum.

Corollarium.

60 Manifestum est ergo quod sphaerae superficies aequalis est circulo cuius semidiameter aequalis est diametro sphaerae. Nam area talis circuli per 4^{am} de dimensione circuli producitur ex suo semidiametro, quae est diameter sphaerae, in dimidium suae peripheriae, quae per sextam huius aequalis est peripheriae circuli maximi in sphaera.

Propositio XI.

SPHAERAE SUPERFICIES QUADRUPLA EST AD SUUM MAX-
IMUM CIRCULUM, ESTQUE AEQUALIS CURVAE SUPERFICIEI
EIUS CYLINDRI CUIUS TAM AXIS QUAM BASIS DIAMETER
5 AEQUALIS EST SPHAERAE DIAMETRO.

Esto sphaera *ABG*, quam describat semicirculus *ABG*, stante diametro *AG* circumductus, cuius centrum *D* [Fig. III.5C.11].

Aio quod superficies sphaerae *ABG* quadrupla est ad circulum *ABG*.

Nam per praemissam sphaerae *ABG* superficies aequalis est ei quod
10 fit ex diametro *AG* in peripheriam circuli *ABG*. Per 4^{am} vero libelli de dimensione circuli, area circuli aequalis est ei quod fit ex semidiametro *DG* in dimidium periphaeriae totius circuli *ABG*. Estque per 18^{am} sexti quod fit ex diametro *AG* in peripheriam circuli *ABG* quadruplum ad id quod ex semidiametro *DG* in peripheriam semicirculi *ABG* (quandoquidem
15 latera singulorum laterum dupla). Igitur sphaerae *ABG* superficies quadrupla est ad circulum *ABG* maximum in sphaera, quod est primum ex propositis. Reliquum sic ostendo.

Sit cylindrus cuius tam axis quam basis diameter sit aequalis diametro *AG*.
20 Aio quod spherae *ABG* superficies aequalis est curvae superficiei huiusmodi cylindri.

Nam talis cylindri basis erit circulus *ABG*; quare per 4^{am} huius curva superficies ipsius cylindri aequalis erit ei quod ex diametro *AG* in peripheriam circuli *ABG*. Sed hoc aequale est sphaericae superficiei. Ergo
25 sphaerica superficies aequalis erit curvae superficiei talis cylindri; quod supererat demonstrandum.

Corollarium.

Manifestum est ergo quod cylindri cuius tam axis quam basis diameter aequalis est sphaerae diametro tota superficies est ad sphaerae super-

54
31
ficiem sesquial/tera. Namque duae bases cylindri sunt dimidium sphaer-
icae superficiei, et cum sphaerica superficies sit quadrupla ad unam il-
larum, et curva superficies cylindri aequalis sphaericae superficiei, igitur
tota cylindri superficies, quae constat ex curva superficie et basibus, con-
tinet sphaericam superficiem semel et insuper eius dimidium.

Propositio XII.

5

SI CIRCULO DUAE AEQUILATERAE ET AEQUIANGULAE
FIGURAE UNA INSCRIBATUR, ALTERA CIRCUMSCRIBATUR
CORRESPONDENTIBUS ANGULIS, ET DIAMETRO STANTE, TAM
SEMICIRCULUS, QUAM FIGURARUM DIMIDIA, DONEC AD
LOCUM SUUM REDEANT, CIRCUMVOLVANTUR, DESCRIPTAE A
SEMICIRCULO SPHAERAE SUPERFICIES MEDIA PROPOR-
TIONALIS INTER SOLIDORUM A DIMIDIIS FIGURARUM DE-
SCRIPTORUM SUPERFICIES.

10

Circulo ABG, cuius diameter AG centrumque D, inscribatur figura
aequilatera cuius laterum unum sit AB [Fig. III.5C.12], et secto arcu
AB bifariam in signo E, et ducta semidiametro DE secante chordam AB
in puncto Z bifariam, et orthogonaliter ducatur HET ad rectos ipsi DE.
Et ideo contingens circulum in puncto E per 15^{am} 3^{ii}, quae ipsis DA, DB

15

semidiametris productis occurrat ad signa H, T, eritque TH latus figurae
aequilaterae et aequiangulae circumscribentis circulum ABG et similis ipsi
figurae ABG inscriptae. Compleatur itaque figura circumscripta, sitque
THK. Et circumducatur semel tam semicurculus (!) ABG, quam semi-
polygonium ABG quamque semipolygonium THK super axem TK

20

stantem.
Aio itaque quod superficies sphaerae quam describit semicirculus ABG
media proportionalis est inter superficiem solidi quod describit semi-
polygonium ABG et inter superficiem solidi quod describit semipoly-
gonium THK, quod sic ostendo.

25

Cadat a signo E ad DB perpendicularis EL, eruntque triangula DEL,
DBZ invicem aequilatera; quare ipsae DZ, DL aequales. Per corollarium
autem 3^{um} nonae huius ex DZ, et ideo ex DL, in peripheriam ABG fit
dimidium superficiei solidi descripti a semipolygonio ABG. Per 10^{am} autem
huius ex DB semidiametro in peripheriam circuli ABG fit dimidium

30

superficiei sphaerae descriptae a semicirculo ABG. Adhuc per corollarium
3^{um} nonae ex DE in peripheriam circuli THK circumscribentis poly-
gonum (!), et ideo ex DH in peripheriam circuli ABG, (sunt enim haec
duo aequalia per secundum corollarium 6^e huius) fit dimidium super-
ficiei descriptae a semipolygonio THK. Igitur haec tria producta, quae

35

sunt dimidia dictarum superficierum, sunt per primam 6^i ad invicem sicut
lineae DL, DE, DH, quae sunt bases productorum, nam altitudo
est aequalis periphaeriae (!) circuli ABG. Sed DL, DE, DH sunt continuae
proportionales, propter similitudinem triangulorum DEL, DHE. Ergo tria
producta, quae sunt dimidia dictarum superficierum, sunt continue pro-

40 portionalia. Quare et earum dupla, totae scilicet superficies, sunt continuae proportionales. Itaque superficies solidi descripti a semipolygonio *ABG*, superficies sphaerae descriptc a semicirculo *ABG*, superficies solidi descripti a semipolygonio *THK* sunt continuae proportionales in proportione scilicet ipsarum *DL*, *DE*, *DH* linearum, quod est propositum.

55 /Scholium.

46 Quod si aequilaterae et aequiangulae figurae rectilineae duo circuli unus circumscribatur, aliter (! alter) inscribatur, et diametro manente tam semipoligonium, quam duo semicirculi circumducantur, descripti quoque a semipoligonio solidi superficies media proportionalis est inter sphaer-
50 arum a semicirculis descriptarum superficies.

Descriptioni praecedentis addatur circulus *THK* circumscriptus figurae rectilineae *THK*, et sphaera per revolutionem semicirculi *THK* descripta.

Aio iam quod solidi *THK* superficies media proportionalis est inter sphaerarum *ABG*, *THK* superficies.

55 Nam per 10^{am} ex recta *HD* in peripheriam circuli *THK* fit dimidium superficiei sphaerae *THK*, atque, ut in praemissa, ostensum est, ex recta *HD* in peripheriam circuli *ABG* fit dimidium superficiei solidi *THK*. Quare per primam sexti superficies sphaerae *THK* ad superficiem solidi *THK* erit sicut peripheria circuli *THK* ad peripheriam circuli *ABG*, et ideo per
60 sextam sicut semidiameter *DH* ad semidiametrum *DE*. Sed fuit in praemissa, sicut *DH* ad ipsam *DE*, sic superficies solidi *THK* ad superficiem sphaerae *ABG*. Ergo et sicut superficies solidi *THK* ad superficiem sphaerae *ABG* sic superficies sphaerae *THK* ad superficiem solidi *THK*. Itaque superficies solidi *THK* media proportionalis est inter
65 sphaerarum *THK*, *ABG* superficies; quod erat demonstrandum.

Corollarium.

Manifestum est ergo quod si circulo polygonium aequilaterum, et polygonio rursum circulus; et circulo adhuc polygonium respondentibus angulis: et ita deinceps, quotics lubet, inscribatur, et diametro manente
70 tam semicirculi quam semipolygonia circumducantur: descriptarum sphaerarum et tornatilium solidorum superficies sunt continuae proportionales secundum inscriptionis ordinem.

Hactenus de solidi tornatilis ac sphaerae superficie, nunc de segmentorum a dictis solidis abscissorum superficiebus verba faciemus.

Propositio XIII.

CONICAE SUPERFICIES SEGMENTI QUOD SUMITUR A VERTICE SOLIDI DESCRIPTI A SEMIPOLYGONIO AEQUI-
LATERO AD UNUM CIRCULORUM AB ANGULIS DESCRIP-
5 TORUM CONIUNCTAE SUNT AEQUALES EI QUOD FIT EX DUCTU LATERIS CIRCUMDUCTAE IN PERIPHERIAS DE-

SCRIPTAS AB ANGULIS MINUS DIMIDIO PERIPHAERIAE CIRCULI SEGMENTUM [DE] SOLIDO ABSCINDENTIS.

Intra circulum AB, cuius diameter AB, describatur polygonium
10 aequalium laterum AGB, cuius dimidio semel circa diametrum AB stantem circumducto describatur solidum tornatile, de quo sumatur segmentum a vertice A ad unum circulorum ab angulis descriptorum, ut puta ad circulum descriptum ab angulo E, quod sit segmentum AEZ [Fig. III.5C.13].

15   Aio quod conicae superficies segmenti AEZ, quae scilicet a lateribus AG, GD, DE describuntur, aequales sunt simul ei quod fit ex latere AG
56 in aggregatum ex peripheriis ab angulis G, D, E minus dimidio / peripheriae descriptae ab angulo E. Ducantur enim GT, DH, EZ, secantes diametrum AB apud K, L, N, secabunt autem ad angulos rectos. Itaque
20 per 2^{am} huius conica superficies quam describit linea AG aequalis est ei quod ex AG in dimidium peripheriae quam describit punctum G. Item per 7^{am} conica superficies coni-coluri quam describit linea GD aequalis est ei quod ex GD in dimidias peripherias descriptas a punctis G, D. Item per 7^{am} conica superficies quam describit linea DE, sive per 4^{am} si $LDEM$ sit
25 parallelogrammum, ac ideo superficies descripta cylindrica aequalis est ei quod ex DE, vel AG, in dimidias peripherias descriptas a punctis D, E. Huc ergo concurrunt integrae peripheriae descriptae a punctis G, D, et dimidium eius quae describitur a puncto ultimo E. Quare per primam 2^i Elementorum omnes conicae superficies descriptae a lineiis AG, GD, DE,
30 quae est superficies segmenti AEZ, aequalis est ei quod fit ex ductu lateris AG in omnes peripherias descriptas ab angulis, G, D, E minus dimidio periphaeriae descriptae ab angulo E infimo, quae periphaeria est circuli abscindentis segmentum AEZ de toto solido per semipolygonium descripto, quod erat demonstrandum.
35   Hoc idem ostenditur etiam si chorda AG non fuerit latus polygonii aequilateri circulo inscripti, dum arcus AG, GD, DE sint aequales.

Propositio XIV.

CONICAE SUPERFICIES SEGMENTI QUOD SUMITUR A VERTICE SOLIDI DESCRIPTI A SEMIPOLYGONIO AEQUILATERO AD UNUM CIRCULORUM AB ANGULIS DESCRIPTORUM
5 CONIUNCTAE SUNT AEQUALES EI QUOD FIT EX DUCTU PERIPHERIAE CIRCULI CUIUS DIAMETER EST AXIS IPSIUS SEGMENTI IN LINEAM QUAE CUM DIAMETRO CIRCULI CONTINENTIS POLYGONIUM ET LATERE POLYGONII IN IPSO CIRCULO CONSTITUIT TRIANGULUM ORTHOGONIUM.
10   Quid verbis opus erit? Assumo totam nonae descriptionem, sed de solido quod describit semipolygonium AEB assumo segmentum cuius vertex est A, basis vero aliquis circulorum ab angulis polygonii descriptorum, utpote circulus cuius diameter DM, quod segmentum vocetur DAM [Fig. III.5C.14].
15   Aio itaque quod conicae superficies segmenti DAM, quae scilicet a

lineis AG, GD describuntur, aequales simul sunt ei quod fit ex linea BG in peripheriam circuli cuius diameter AO, quem voco axem segmenti DAM.

Que demonstratio fere eadem est cum demonstratione nonae: nam, sicut ibi, triangula GAX, NQX, DQO similia sunt triangulo BGA, hoc est aequiangula. Quare per 4am sexti sicut BG ad GA, sic GX ad AX, sic etiam XN ad XQ, sic et DO ad QO. Et ideo per 13am 5i sicut BG ad GA, sic aggregatum ex GN, DO ad totam AO. Itaque per corollarium sextae huius sicut BG ad GA, sic peripheria cuius diameter / est aggregatum ex GN, DO ad peripheriam cuius diameter AO. Sed peripheria cuius diameter est aggregatum ex GN, DO per corollarium sextae aequalis est aggregato peripheriarum quarum diametri GN, DO. Igitur sicut BG ad GA, sic aggregatum peripheriarum quarum diametri GN, DO ad peripheriam cuius diameter est AO. Peripheria autem cuius diameter DO per corollarium sextae aequalis est dimidio peripheriae cuius diameter DM, cum diameter DO sit dimidium diametri DM. Ergo sicut BG ad GA, sic aggregatum ex peripheria cuius diameter GN et ex dimidio peripheriae cuius diameter DM ad peripheriam cuius diameter AO. Unde per 15am sexti elementorum quod fit ex BG in peripheriam cuius diameter AO aequale est ei quod fit ex GA in aggregatum ex peripheria cuius diameter GN et ex dimidio peripheriae cuius diameter DM. Sed per praemissam, quod fit ex GA in aggregatum ex peripheria cuius diameter GN et ex dimidio peripheriae cuius diameter DM aequale est conicis superficiebus segmenti solidi DAM. Igitur quod fit ex BG in peripheriam cuius diameter AO aequum est conicis superficiebus segmenti solidi DAM, quod erat demonstrandum.

Non aliter ostendam quod id quod fit ex BG linea in peripheriam cuius diameter AP aequale est conicis superficiebus segmenti solidi EAL. Nec secus concludam id quod fit ex linea BG in peripheriam cuius diameter AR aequale esse conicis superficiebus segmenti ZAK, quandoquidem segmenti EAL axis est ipsa AP, segmenti vero ZAK ipsa AR linea. Verum est ergo quod proponitur.

Hoc idem ostendetur etiam si chorda AG non sit latus polygonii aequilateri circulo AB inscripti, modo latera segmenti sint aequalia.

Corollaria.

Igitur et quod fit ex linea AO in peripheriam circuli cuius diameter BG aequale est conicis superficiebus DAM, quod sequitur ex corollario 3° 1e (! 6ae). Nec non circulus cuius semidiameter est media proportionalis inter lineas AO, BG aequalis est iisdem conicis superficiebus segmenti DAM, quod sequitur ex 4° corollario primae (! sextae).

Propositio XV.

SI SPHAERA PLANO SECETUR, SEGMENTI UTRIUSLIBET SPHAERICA SUPERFICIES AEQUALIS EST RECTANGULO QUOD

FIT EX DIAMETRO SPHAERAE IN PERIPHERIAM EIUS CIRCULI
5 CUIUS DIAMETER EST AXIS SEGMENTI.

Sit circulus *ABGD*, cuius diameter *AG*, centrum *E*, secetur autem diameter *AG* recta *BD* ad angulos rectos in signo *Z* quocumque, et circumducto altero semicirculo, ut puta *ABG*, semel super axem *AG* stantem, describatur sphaera *ABGD* [Fig. III.5C.15]. Unde in tali ambitu
10 linea *ZB* describit circulum qui secabit sphaeram in duo segmenta *BAD*, *BGD*.

Aio itaque quod sphaerica superficies utriuslibet segmenti, ut puta segmenti *BAD*, aequalis est ei quod fit ex diametro *AG* in peripheriam circuli cuius diameter est *AZ*, quem voco axem segmenti *BAD*, quae
15 demonstratio similis est demonstrationi decimae.

Nam si quod fit ex *AG* diametro in peripheriam circuli cuius diameter *AZ* non est aequale superficiei sphaericae segmenti *ABD*, sit aequalis
58 / superficiei sphaericae alicuius segmenti maiori vel minori superficie segmenti *BAD*. Et primum minori scilicet superficiei sphaericae segmenti
20 *THL* abscissi per planum dicti circuli de sphaera *HTKL*, quam sphaerae *ABG* concentricam describit semicirculus *HTK* super diametrum *HK*, et secentur arcus *AB*, *AD* iterum, atque iterum donec per 13^{am} 12^{i} arcuum chordae non contingant peripheriam *THL*. Sitque una chordarum *AM*, et connectatur *GM*. Eritque maius quod ex diametro *AG* in peripheriam
25 circuli cuius diameter *AZ* quam id quod ex *GM*, quae minor diametro, in peripheriam circuli cuius diameter *AZ*. Sed quod ex diametro *AG* in peripheriam circuli cuius diameter *AZ* per hypothesim aequale est superficiei segmenti sphaerici *THL*; quod autem ex *GM* in peripheriam circuli cuius diameter *AZ* per praecedentem, aequale est superficiebus
30 conicis descriptis a chordis arcuum in quos secatur arcus *AB* maior. Ergo superficies sphaerica segmenti *THL* maior est quam superficies conicae descriptae a chordis portionum arcus *AB*. Superficies ergo inclusa maior includente, quod est impossibile.

Vel sic, quoniam quod fit ex *AG* diametro in peripheriam circuli
35 cuius diameter *AZ* maius est eo quod ex *GM* in peripheriam eandem, et ideo maius superficiebus conicis descriptis per chordas portionum arcus *AB*, haeque superficies maiores sunt superficie sphaerica segmenti *THL* inclusa, ideo quod fit ex diametro *AG* in peripheriam circuli cuius diameter *AZ* maius est superficie sphaerica segmenti *THL*. Ergo non est ei aequalis,
40 sicut supponebatur.

Sit deinde quod ex *AG* diametro in peripheriam circuli cuius diameter *AZ* aequalis sphaericae superficiei maiori superficie sphaerica segmenti *BAD*. Sed brevitatis causa sit suppositum segmentum *THL*.

Aio quod id quod ex *HK* diametro in peripheriam circuli cuius diameter
45 *HZ* non est aequale alicuius segmenti sphaericae superficiei maiori superficie segmenti *THL* sphaerici.

Sit enim, si possibile est, aequale superficiei sphaericae segmenti *BAD* maiori superficie *THL* abscissi per planum circuli secantis sphaeram *BD* de sphera *ABGD*, quam describit semicirculus *ABG* super diametrum

50   *AG*. Et secentur arcus *AB*, *AD* per 13^am 12^i donec portionum chordae
non contingant arcum *THL*. Sitque ex chordis una *AM*, et connectatur
GM, et ducatur ad *AM* perpendicularis *EN*. Et quoniam *AG* dupla ipsius
AE, ideo et *GM* dupla ipsius *EN*, sed *HK* dupla ipsius *HE* minoris
ipsa *EN*; minor ergo *HK* quam *GM*. Quare quod fit ex *GM* in peripheriam

55   circuli cuius diameter *HZ* maius est eo quod fit ex *HK* in peripheriam
circuli cuius diameter *HZ*. Sed quod fit ex *GM* in peripheriam circuli cuius
diameter *AZ* per praecedentem aequale est superficiebus conicis de-
scriptis a chordis arcuum in quos secatur arcus *AB*. Quod autem fit ex
HK in peripheriam circuli cuius diameter *HZ* per hypothesim aequale est

60   superficiei sphaericae segmenti *BAD*. Ergo superficies conicae descriptae
a chordis portionum arcus *AB* maius sunt superficie sphaerica segmenti
BAD. Superficies itaque inclusa maior includente, quod est impossibile.
Non est ergo quod ex *HK* in peripheriam circuli cuius diameter *HZ* aequale
superficiei sphaericae segmenti alicuius maiori superficie sphaerica seg-

65   menti *THL*. Similiter ostendam quod id quod ex *AG* in peripheriam
circuli cuius diameter *AZ* non est aequale alicuius segmenti sphaericae
superficiei maiori superficie sphaerica segmenti *BAD*. Fuitque ostensum,
quod nec minori. Omnino igitur id quod fit ex *AG* in peripheriam
circuli cuius diameter *AZ* aequale est segmenti *BAD* sphaericae super-

70   ficiei, quod erat demonstrandum.

59   Suppo/suimus autem segmentum sphaericum *BAD* minus emispherio.
Et similiter ostendi poterit quod id quod fit ex *AG* in peripheriam
circuli cuius diameter *GZ* aequale est sphaericae superficiei segmenti
BGD. Vel si lubet pro linea *BZ* ducatur linea *BE*, et pro *ZD* linea

75   *ED*, secantes peripheriam circuli *HTK* apud puncta *X*, *O*. Et agatur demon-
stratio per segmenta sphaerica descripta per arcus *BG*, *XK* similes et per
superficies conicas descriptas a chordis portionum arcus *BG* non tangenti-
bus peripheriam *XK*. In secunda autem parte demonstrationis ducatur *XO*
secans ipsam *EZ* apud *P*, eritque *GZ* axis segmenti *BGD* maior quam

80   *KP* axis segmenti *XKO*, quod est necessarium in secunda parte demon-
strationis. Unde concludens eodem modo quo prius id quod fit ex *AG*
in peripheriam circuli cuius diameter *GZ* esse maius omni superficie
sphaerica segmenti descripti per arcum minorem ipso *BG*, et ei similem,
et minus omni sphaerica superficie segmenti descripti per arcum maiorem

85   ipso *BG*, et ei similem, et ideo aequalem esse sphaericae superficiei
segmenti ab arcu *BG* descripti.

         Verum postquam ostenderis hoc de uno segmentorum sphaericorum,
potest ex hoc idem facilius ostendi de reliquo sic.

         Quoniam ostensum est quod id quod fit ex *AG* in peripheriam circuli

90   cuius *AZ* est diameter aequum superficiei sphaericae segmenti *BAD*: ex
hoc ego ostendam quod id quod fit ex *AG* in peripheriam circuli cuius
diameter *GZ* aequum erit superficiei sphaericae segmenti *BGD*. Nam per
10^am huius superficies tota sphaerae *ABG*, quod est aggregatum ex super-
ficiebus sphaericis duorum segmentorum *BAD*, *BGD*, aequalis est ei quod

95   fit ex *AG* in peripheriam circuli *ABG*. Sed peripheria circuli *ABG* per

primum corollarium sextae aequalis est peripheriis circulorum quorum
diametri *AZ*, *ZG* coniunctis. Ergo aggregatum ex superficiebus sphaericis
segmentorum *BAD*, *BDG* aequale est ei quod fit ex *AG* in peripherias
circulorum quorum diametri *AZ*, *ZG*. Auferatur inde segmenti *BAD*
100 sphaerica superficies, hinc vero quod fit ex *AG* in peripheriam circuli
cuius diameter *AZ*, quae, ut fuit ostensum, sunt aequalia, et supererit
segmenti *BDG* superficies sphaerica aequalis ei quod fit ex *AG* in
peripheriam circuli cuius diameter *ZG*, et hoc erat propositum.

Corollarium I.

105   Manifestum est ergo quod superficies sphaerica segmenti sphaerici
aequalis est ei quod fit ex axe segmenti in peripheriam circuli maximi in
sphaera, et ideo curvae superficiei cylindri cuius basis est circulus max-
imus sphaerae, celsitudo vero axis segmenti. Hoc patet ex 2° (*!* 3°)
corollario sextae.

110   ## Corollarium II.

Item et circulus cuius semidiameter media proportionalis est inter
axem sphaerici segmenti ac sphaerae diametrum aequalis est sphaericae
superficiei ipsius segmenti, quod liquet ex quarto corollario primae
(*!* sextae). Ex quo corollario facillime demonstrabitur sequens propositio
115 decima sexta.

60   ## /Propositio XVI.

SI SPHAERA PLANO SECETUR, UTRIUSLIBET SEGMENTI
SUPERFICIES AEQUALIS EST EI QUOD FIT EX LINEA CADENTE
A VERTICE IPSIUS SEGMENTI AD PERIPHERIAM CIRCULI
5 SECANTIS IN PERIPHERIAM CIRCULI CUIUS DICTA LINEA EST
DIAMETER. ET IDEO IPSA SPHAERICA SUPERFICIES SEGMENTI
AEQUALIS EST CIRCULO CUIUS DICTA LINEA EST SEMI-
DIAMETER.

Circuli *ABGD* diametrum *AG* secet ad rectos angulos linea *BD* apud *Z*
10 punctum quodcumque; et circumducto semel circa *AG* diametrum
semicirculo *ABG*, describatur sphaera *ABGD*; in qua revolutione linea
ZB describet circulum qui terminus est communis duorum sphaericorum
segmentorum *BAD*, *BGD* [cf. Fig. III.5C.15]. Protrahantur itaque rectae
AB, *BG*, quae sunt a verticibus sphaericorum segmentorum ad
15 peripheriam circuli cuius diameter *BD* secantis.

Aio iam quod sphaerica superficies segmenti *BAD* aequalis est ei quod
fit ex *AB* in peripheriam circuli cuius diameter *AB*. Nam per 8^am sexti
sicut *AG* ad *BA*, ita *BA* ad *AZ*. Ergo per 6^am huius sicut *GA* ad *AB*, sic
peripheria cuius diameter *AB* ad peripheriam cuius diameter *AZ*. Quare
20 per 15^am sexti quod fit ex *AB* in peripheriam cuius diameter *AB* aequum
est ei quod ex *AG* in peripheriam cuius diameter *AZ*. Sed per praemis-

sam quod ex AG in peripheriam cuius diameter AZ aequale est segmenti
BAD sphaericae superficiei. Igitur segmenti BAD sphaerica superficies
aequalis est ei quod ex AB in peripheriam cuius diameter AB, et hoc est
25 primum ex propositis.

Cumque peripheria cuius diameter AB sit per sextam dimidium
periphaeriae (!) cuius AB semidiameter, ideo ex AB in dimidium
peripheriae cuius AB semidiameter fit etiam sphaerica superficies seg-
menti BAD. Sed ex AB in dimidium peripheriae cuius AB est semidia-
30 meter fit circulus ipse cuius AB semidiameter per 4^{am} de dimensione
circuli. Itaque circulus cuius AB semidiameter aequalis est sphaericae
superficiei segmenti BAD, quod erat alterum ex propositis.

Iisdem penitus mediis ostendam quod sphaerica superficies segmenti
BGD aequalis est ei quod fit ex BG in peripheriam circuli cuius diameter
35 BG, vel circulo cuius semidiameter BG.

Verum hoc apud unum segmentorum ut puta BAD demonstrato, potest
idem ostendi apud reliquum sic. Quoniam angulus ABG rectus per 29^{am}
(! 30^{am}) 3^{ii}, ideo per 9^{am} de dimensione circuli duo circuli quorum semi-
diameteri AB, BG simul aequales sunt circulo cuius semidiameter AG.
40 Hic autem per 10^{am} huius aequalis superficiei sphaericae, et ideo sphaericis
superficiebus segmentorum BAD, BDG. Quare circuli quorum semi-
diametri AB, BG aequales sunt sphaericis superficiebus segmentorum
BAD, BDG. Aequalis autem fuit circulus cuius semidiameter AB segmenti
BAD sphaericae superficiei. Superest ergo circulus cuius semidiameter
45 BG aequalis sphaericae superficiei segmenti BDG, quod erat propositum.

/Corollarium.

Manifestum est igitur quod sphaerica superficies segmenti sphaerici
aequalis est circulo cuius semidiameter est linea quae a vertice segmenti
ad peripheriam circuli secantis spaeram (!). Nam per sextam peripheria
50 cuius AB diameter aequalis est dimidio peripheriae cuius AB semidiameter.
Aequale est igitur quod ex AB in peripheriam cuius AB diameter ei quod
ex AB in dimidium peripheriae cuius AB semidiameter. Sed quod ex AB
in peripheriam cuius AB diameter aequum est sphaericae superficiei
segmenti BAD. Quod autem ex AB in dimidium peripheriae cuius AB
55 semidiameter per 4^{am} de dimensione circuli aequum est circulo cuius AB
semidiameter. Ergo sphaerica superficies segmenti BAD aequalis est
circulo cuius AB semidiameter, quod est propositum. Non aliter ostendam
quod superficies sphaerica segmenti BGD aequalis est circulo cuius BG
semidiameter.

Propositio XVII.

SI SPHAERA PLANO SECETUR, SEGMENTORUM SPHAERICAE
SUPERFICIES SUNT AD INVICEM SICUT AXES SEGMENTORUM.
Repetens proximae descriptionem, aio quod superficies sphaerica seg-

5 menti *BAD* ad superficiem sphaericam segmenti *BGD* est sicut axis *AZ* ad axem *ZG* [Fig. III.5C.15A].

Nam per 8^{am} 6^i ratio *AZ* ad *ZG* dupla est eius que *AZ* ad *ZB*; sicut *AZ* ad *ZB*, sic *AB* ad *BG* (propter similitudinem triangulorum *AZB*, *ABG*). Ergo ratio *AZ* ad *ZG* dupla est eius quae *AB* ad *BG* et eius quae *AB*

10 ad *BG* dupla est per 18^{am} sexti ratio quadrati *AB* ad quadratum *BG*. Quare quadratum *AB* ad quadratum *BG*, sicut *AZ* ad *ZG*. Sed ex 2^a 12^i circulus cuius semidiameter *AB* ad circulum cuius semidiameter *BG*, sicut quadratum ex duplo *AB* ad quadratum ex duplo *BG*; et ideo sicut quadratum *AB* ad quadratum *BG*. Igitur circulus cuius semidiameter *AB* ad circulum

15 cuius semidiameter *BG*, sicut *AZ* ad *ZG*. Verum circulus cuius semidiameter *AB* aequalis est per praemissae corollarium sphaericae superficiei segmenti *BAD*. Ergo sphaerica superficies segmenti *BAD* ad sphericam superficiem segmenti *BDG* est sicut axis *AZ* ad axem *ZG*, quod est propositum.

Corollarium.

20 Manifestum est ergo quod sphaerae superficies ad sui segmenti sphaericam superficiem est sicut diameter sphaerae ad axem segmenti; patet ex coniuncta proportione.

/Propositio XVIII.

62

SI SPHAERA PLANO SECETUR, UTRIUSLIBET SEGMENTI SPHAERICA SUPERFICIES AD CIRCULUM SECANTEM EST SICUT DIAMETER SPHAERAE AD AXEM RELIQUI SEGMENTI.

5 Adhuc manebo in eadem descriptione [cf. Fig. III.5C.15A] dicens quod sphaerica superficies segmenti *BAD* ad circulum cuius diameter *BD* secantem est sicut diameter *AG* ad axem *GZ*. Item quod sphaerica superficies segmenti *BGD* ad circulum cuius diameter *BD* est sicut diameter *AG* ad axem *AZ*.

10 Nam per 8^{am} sexti ratio *AG* ad *GZ* est dupla eius quae *AG* ad *GB*; sed *AG* ad *GB*, sicut *AB* ad *BZ*, propter similitudinem triangulorum *AGB*, *ABZ*. Ergo ratio *AG* ad *GZ* dupla est eius quae *AB* ad *BZ*. Sed et eius quae *AB* ad *BZ* dupla est per 2^{am} 12^i quae circuli cuius semidiameter *AB* ad circulum cuius semidiameter *BZ*. Igitur circulus cuius semi-

15 diameter *AB* ad circulum cuius semidiameter *BZ* est sicut *AG* ad *ZG*. Fuit autem per 16^{am} circulus cuius semidiameter *AB* aequalis superficiei sphaericae segmenti *BAD*, circulus vero cuius semidiameter *BZ* aequalis est circulo *BD* sphaeram secante. Ergo sphaerica superficies segmenti *BAD* ad circulum cuius semidiameter *BZ* (qui segmenta disterminat) est

20 sicut *AG* diameter ad axem *GZ* reliqui segmenti.

Non aliter ostendam quod sphaerica superficies segmenti *BGD* ad circulum cuius semidiameter *BZ* est sicut diameter *AG* ad axem reliqui segmenti *AZ*, quod est propositum.

Propositio XIX.

SI SPHAERA DUOBUS PARALLELIS PLANIS SECETUR, INTER-
CEPTI SEGMENTI SPHAERICA SUPERFICIES, ZONA SCILICET
SPHAERICA, AEQUALIS EST EI QUOD FIT EX DIAMETRO
SPHAERAE IN PERIPHERIAM CIRCULI CUIUS DIAMETER EST
AXIS SEGMENTI.

Praeteritae descriptioni addo rectam RS ad rectos angulos secantem
diametrum AG in puncto Y [Fig. III.5C.16]. Itaque RY in circum-
ductione semicirculi describet circulum parallelum circulo cuius diameter
BD.

Aio itaque quod segmenti sphaerici BS, quod inter duos circulos
parallelos quorum diametri BD, RS intercipitur, sphaerica superficies,
quae quasi zona est ab arcu BR descripta, aequalis est ei quod fit ex
diametro AG in peripheriam circuli cuius diameter est axis ZY.

Nam per 15^{am} praemissam quod fit ex AG in peripheriam circuli
cuius diameter AY aequum est sphaericae superficiei segmenti RAS,
peripheria autem cir/culi cuius diameter AY aequalis est per primum
corollarium sextae peripheriis circulorum quorum diametri AZ, ZY. Ergo
quod fit ex AG in peripherias circulorum quorum diametri AZ, ZY aequum
est sphaericae superficiei segmenti RAS. Verum per 15^{am} quod fit ex AG
in peripheriam circuli cuius diameter AZ aequum est sphaericae super-
ficiei segmenti BAD. Itaque de eo quod ex AG in peripherias circulorum
quorum diametri AZ, ZY dematur id quod ex AG in peripheriam circuli
cuius diameter AZ. Item de superficie sphaerica segmenti RAS dematur
superficies sphaerica segmenti BAD (duo scilicet aequalia de duobus
aequalibus). Et supererit, inde, id quod ex AG in peripheriam circuli
cuius diameter ZY; hinc autem id quod superficies sphaerica segmenti
intercepti BS. Et per consequentiam aequalia, quod est propositum.

Idem ostendes per corollarium 15^{ae}. Nam per illud ex linea AY in
peripheriam circuli ABG fit superficies sphaerica segmenti RAS, ex linea
autem AZ in peripheriam eandem fit superficies sphaerica segmenti
BAD. Unde sequitur ex prima 2^{i} elementorum ut ex ZY in dictam
peripheriam fiat superficies sphaerica segmenti BS intercepti, quod est
propositum.

Corollarium I.

Manifestum est ergo quod sphaerici segmenti parallelis circulis inter-
clusi sphaerica zona aequalis est ei quod fit ex axe segmenti in peripheriam
circuli maximi in sphaera; et ideo curvae superficiei cylindri cuius basis
est circulus maximus sphaerae, celsitudo autem axis segmenti.

Corollarium II.

Item manifestum est quod, parallelis planis quotcumque sphaeram
secantibus, sphaericae superficies planis interceptae sunt ad invicem sicut
ipsorum sphaeralium segmentorum axes. Patet hoc ex corollario praece-

dentis et prima sexti Elementorum. Poterat et hoc corollarium demon-
45   strari per corollarium 17^{ae} praeteritae, ex aequa, et disiuncta proportione
facillime.

Propositio XX.

SI SPHAERA ET CYLINDRUS DIAMETRUM COMMUNEM ET
AXEM COMMUNEM HABEANT, SECENTUR AUTEM PARAL-
LELIS QUOTLIBET PLANIS QUIBUS AXIS PERPENDICU-
5   LARITER INSTET, ERUNT SPHAERICAE SUPERFICIES
CYLINDRICIS SUPERFICIEBUS INTER EADEM SECANTIA
PLANA INTERPOSITIS SINGULAE SINGULIS AEQUALES.

Circulo $ABGD$ circumscribatur quadratum $EZHT$, sintque contactuum
puncta A, B, G, D, et connectatur AG [Fig. III.5C.17]. Item ducantur inter
10   latera ZH, ET ipsisque EZ, HT paralleli KL, MN ad placitum secantes
axem, quidem AG, apud X, O, peripheriam autem ABG apud P, R, S, Y.
Et circum AG diametrum immotam circumducatur, donec ad locum suum
red[e]at; parallelogrammum cylindrum, semicirculus vero sphaeram de-
scribet, eritque AG axis tam sphaerae quam cylindri. Item EZ, HT diametri
64   basium cylindri / sphaerae diametro aequales, et cylindrus sphaeram
16   circumscribet: Contingent namque cylindricae bases sphaericam super-
ficiem in punctis A, G; cylindrica quoque superficies sphaericam con-
tinget, eritque contactus circuli peripheria per punctum contactus B
descripta. Ipsae quoque lineae KX, MO circumductae describent circulos
20   parallelos secantes cylindrum, ipsa autem puncta P, S describent
circulorum peripherias, quae communes sectiones erunt dictorum cir-
culorum secantium cylindrum et sphaericae superficiei.

Aio itaque quod sphaerica superficies interiacens circulis quorum
diametri ZE, KL, quae scilicet describitur ab arcu AP, aequalis est
25   cylindricae superficiei iisdem circulis interpositae, quae scilicet de-
scribitur a linea ZK. Item quod sphaerica superficies quae inter circulos
quorum diametri KL, MN, quam scilicet describit arcus PS, aequalis est
cylindricae superficiei quae inter eosdem circulos, quae scilicet a linea
KM describitur. Item quod sphaerica superficies quae inter circulos
30   quorum diametri MN, TH, quam scilicet describit arcus SBG, aequalis
est cylindricae superficiei quae inter eosdem clauditur circulos, quam
scilicet describit linea MH.

Primum horum et tertium patet per corollarium 15^{ae} praemissae, cum
cylindrus ZL habeat altitudinem aequalem ipsi AX, quae est axis segmenti
35   sphaerici PAR, et basim circulum sphaerae maximum, atque etiam cum
cylindrus MT habeat altitudinem OG, qui est axis segmenti sphaerici SGY,
et basim circulum in sphaera maximum. Secundum autem patet per
primum corollarium praecedentis, cum cylindrus KN habeat altitudinem
XO, qui est axis segmenti sphaerici $SPRY$, et basim circulum maximum
40   sphaerae. Hoc idem ostendam de superficiebus sphaericis ac cylindricis
quos intercipiant quaecunque duo plana parallela basibus cylindri, quibus

scilicet axis cylindri rectus insistat, et hoc erat quod demonstrandum proponebatur.

 Ostendam hoc idem aliter. Cum per quartam huius ex AG in peripheriam
45 circuli ABG, quae basis est cylindri ZT, fiat superficies curva cylindri ZT, itemque ex AX in peripheriam eiusdem circuli fiat superficies curva cylindri ZL, propterea per primam sexti et coniunctam proportionem erit curva cylindri ZT superficies ad curvam cylindri ZL superficiem sicut AG ad AX. Sed per corollarium 17^{ae} praeteritae, sicut AG ad AX, sic
50 sphaerae ABG superficies ad segmenti sphaerici PAR sphaericam superficiem. Igitur et sicut sphaerae ABG superficies ad segmenti PAR sphaericam superficiem, sic curva cylindri ZT superficies ad curvam cylindri ZL superficiem. Et permutatim sicut sphaerae ABG superficies ad curvam cylindri ZT superficiem, sic segmenti PAR sphaerica super-
55 ficies ad curvam cylindri ZL superficiem; aequalis autem est, per 11^{am} huius, sphaerae ABG superficies curvae cylindri ZT superficiei. Ergo et segmenti PAR sphaerica superficies aequalis est curvae cylindri ZL superficiei. Similiter ostendam quod segmenti SAY sphaerica superficies aequalis est curvae cylindri ZN superficiei. Unde per consequentiam
60 supererit sphaerica [superficies] segmenti PY, quae zona est sphaerica ab arcu PS descripta, aequalis curvae superficiei cylindri KN. Itemque sphaerici segmenti SGY superficies aequalis est curvae MT cylindri superficiei. Hoc idem ostendam quibuscumque planis cylindricae basi parallelis tam cylindrum quam sphaeram cylindro circumscriptam secantibus,
65 et hoc est quod propositio nostra significat.

 Haec de superficiebus tornatilium, et sphaericorum segmentorum. Postulat ordo, ut iam de soliditate primum quidem tornatilis corporis, et exinde sphaerae disputemus.

65

/Propositio XXI.

CONUS CUIUS BASIS AEQUALIS EST AGGREGATO BASIUM QUOTLIBET CONORUM SUB EODEM FASTIGIO AEQUALIS EST AGGREGATO OMNIUM ILLORUM.

5 Exempli gratia, basis coni A aequalis basibus simul sumptis aliquot conorum, utputa trium B, G, D [Fig. III.5C.18]. Sitque omnium celsitudo una.

 Aio quod conus A aequalis est aggregato conorum B, G, D.
 Cum enim eorum altitudines sint aequales, erit per 11^{am} 12^{i} conus B
10 ad conum A, sicut basis coni B ad basim coni A. Item conus G ad conum A, sicut basis coni G ad basim coni A. Quare per 24^{am} 5^{i} coni B, G simul sumpti ad conum A, sicut bases conorum B, G simul sumptae ad basim coni A. Adhuc conus D ad conum A, sicut basis coni D ad basim coni A. Rursum ergo per 24^{am} 5^{i} coni B, G, D simul sumpti ad conum A, sicut
15 bases conorum B, G, D simul sumptae ad basim coni A. Sed bases conorum B, G, D, simul sumptae, per hypothesim, sunt aequales basi

coni A. Ergo et coni B, G, D simul sumpti sunt aequales cono A, quod est propositum. Idem demonstrabimus de quotcumque conis.

Idem concludere potes de cylindris quorum celsitudines aequales.

Propositio XXII.

CONUS CUIUS CELSITUDO AEQUALIS EST AGGREGATO CELSITUDINUM QUOTLIBET CONORUM SUPER AEQUAS BASES EST AEQUALIS AGGREGATO ILLORUM.

5   Exempli causa, celsitudo coni A sit aequalis celsitudinibus aliquot conorum, ut puta trium B, G, D [Fig. III.5C.19]. Sintque omnium bases aequales.

Aio quod conus A aequalis est conis B, G, D simul sumptis.

Nam cum eorum bases sint aequales, erit per 11^{am} 12^i conus B ad
10   conum A, sicut altitudo coni B ad altitudinem coni A. Item conus G ad conum A, sicut altitudo coni G ad altitudinem coni A. Ergo per 24^{am} 5^i coni B, G, D simul ad conum A, sicut altitudines conorum B, G, D simul sumptae ad [altitudinem] conum (! coni) A. Adhuc conus D ad conum A, sicut altitudo coni D ad altitudinem coni A. Rursum ergo per 24^{am} 5^i
15   coni B, G, D simul ad conum A, sicut altitudines conorum B, G, D simul sumptae ad coni A celsitudinem: sed celsitudines conorum B, G, D simul sumptae aequales sunt celsitudini coni A. Ergo et coni B, G, D simul sumpti aequales sunt cono A, quod est propositum. Idem de quotcumque conis demonstrabimus repetita quoties opus fuerit 24^a 5^i, quod propositum est.

66   /Propositio XXIII.

SOLIDUM QUOD A TRIANGULO CIRCA UNUM LATERUM FIXUM, DONEC AD LOCUM SUUM REDEAT, CIRCUMDUCTO DESCRIBITUR, AEQUALE EST EI CONO CUIUS BASIS AEQUALIS
5   EST CONICAE SUPERFICIEI AB ALTERO LATERUM TRIANGULI CIRCUMDUCTORUM DESCRIPTAE, ALTITUDO AUTEM AEQUALIS PERPENDICULARI AD IDEM LATUS CADENTI AB ANGULO OPPOSITO. QUIN ETIAM SI AB ALTERO TERMINORUM LATERIS FIXI AD OPPOSITUM LATUS LINEA UTCUNQUE
10   DUCATUR, SOLIDUM A TRIANGULO ABSCISSO DESCRIPTUM AEQUALE EST EI CONO CUIUS BASIS AEQUALIS EST CONICAE SUPERFICIEI DESCRIPTAE A SEGMENTO LATERIS ABSCISSI ALTITUDO AUTEM AEQUALIS EST PERPENDICULARI AD IDEM LATUS A DICTO TERMINO LATERIS FIXI. ADHUC SI
15   LATUS TRIANGULI AEQUIDISTET AXI CIRCA QUEM CIRCUMDUCITUR TRIANGULUM, SOLUSQUE TRIGONI ANGULUS IN AXE TERMINETUR, DESCRIPTUM A TRIANGULO SOLIDUM AEQUALE ERIT EI CONO CUIUS BASIS AEQUALIS EST CYLINDRICAE SUPERFICIEI DESCRIPTAE A LATERE AXI
20   AEQUIDISTANTE, CELSITUDO AUTEM AEQUALIS PERPENDICULARI AD IDEM LATUS AB AXE IPSO DELAPSAE.

Brevissime hanc trifariam propositionem ostendam. Sit namque trigonum *ABG* quod circa unum laterum, ut puta circa latus *AB*, tanquam axem semel circumductum describat solidum *AGB* [Fig. III.5C.20(a)].

25 Ab angulo autem opposito *AG*, ut puta *B*, ad latus oppositum *AG* cadat perpendicularis *BD*. Sitque conus *H*, cuius basis sit aequalis conicae superficiei quam describit latus *AG*, celsitudo vero aequalis perpendiculari *BD*.

Aio quod conus *H* aequalis est solido *AGB*.

30 Ponatur enim primo trigonum *ABG* rectum angulum habens, qui apud *B*; et tunc per definitionem coni solidum *ABG* a triangulo descriptum est conus cuius axis *AB* basisque semidiameter *BG*. Quare per 3^{am} huius superficies conica quam describit linea *AG*, et ideo basis coni *H* illi aequalis, ad basim coni *ABG*, sicut linea *AG* ad semidiametrum *BG*; et

35 ideo propter triangulorum *AGB*, *ABD* similitudinem, sicut axis *AB* ad perpendicularem *BD*, quae celsitudo est coni *H*. Itaque conorum *AGB* et *H* bases sunt celsitudinibus mutuae; aequales ergo sunt per 12^{am} 12^{i} coni *AGB* et *H*, quod est propositum.

Ponantur nunc anguli trigoni *ABG* qui apud *A*, *B* acuti [Fig. III.5C.20(b)],

40 et demittatur a puncto *G* perpendicularis ad *AB* axem linea *GE*; quae in revolutione trianguli *ABG* describet circulum cuius semidiameter *GE*. Eritque solidum *AGB* compositum ex duobus conis *AGE*, *BGE* communem basem habentes circulum cuius semidiameter *GE*. Sit itaque conus *K* basim dicto circulo aequalem habens, celsitudinem vero aequalem

45 ipsi *AB*; eritque per praecedentem aequalis conus *K* conis *AGE*, *BGE* simul sumptis, et proinde solido *AGB*. Itaque quoniam per 3^{am} superficies conica quam describit linea *AG*, et ideo basis coni *H* illi aequalis ad basim coni *AGE*, et ideo ad basim coni *K* illi aequalem, est sicut

67 *AG* ad *GE*; et ideo propter triangulorum *AGE*, /*ABD* similitudinem, sicut

50 *AB* celsitudo coni *K* ad *BD* celsitudinem coni *H*, ideo per 12^{am} 12^{i} aequalis est conus *H* cono *K*, et ideo solido *AGB*, quod est propositum.

Demum in tertia descriptione [Fig. III.5C.20(c)] ponatur ex angulis trianguli *ABG*, qui apud *B* obtusus, et tunc cadat a puncto *G* perpendicularis ad axem *AB* productum, qui sit *GE*, ut in ambitu trianguli linea

55 *GE* circulum describat, qui basis erit tam coni *AGE* a triangulo *AGE* descripti, quam coni *BGE* a triangulo *BGE* descripti. Sit itaque conus *K* basim habens dicto circulo aequalem, et celsitudinem rectae *AB*; eruntque per praemissam conus *K* et conus *BGE* simul sumpti aequales cono *AGE*; communis utrinque auferatur conus *BGE*, et supererit conus *K* aequalis

60 solido quod in ambitu describitur per triangulum *ABG*. Itaque quoniam per 3^{am} superficies conica quam describit linea *AG*, et ideo basis coni *H* illi aequalis, ad basim coni *AGE*, et ideo ad basim coni *K* illi aequalem, est sicut *AG* ad *GE*, et ideo propter triangulorum *AGE*, *ABD* similitudinem, sicut *AB* celsitudo coni *K* ad *BD* celsitudinem coni *H*, per 12^{am} 12^{i}

65 aequalis est conus *H* cono *K*, et ideo solido *AGB*, quod est propositum. Hactenus demonstratum est primum ex propositis.

Alterum sic se habet [Fig. III.5C.21]. In ipso triangulo *ABG* ab altero

terminorum AB, qui sit B, ducatur ad oppositum latus linea BZ; sitque conus N habens basim aequalem conicae superficiei quam in circum-
70 ductione describit linea GZ, et celsitudinem aequalem perpendiculari BD.

Aio quod conus N aequalis est solido quod in ambitu describitur a trigono BGZ.

Sit enim conus H basim habens aequalem conicae superficiei quam describit linea AG, et celsitudinem BD. Item conus M basim habens
75 aequalem conicae superficiei quam describit linea AZ, et celsitudinem BD. Eritque, ut ostensum est, conus H aequalis solido descripto per trigonum ABG; conus autem M aequalis solido descripto per rrigonum (! trigonum) ABZ. Item quoniam conica superficies quam describit linea AG aequalis est conicis superficiebus simul sumptis quas describunt
68 linea AZ et linea ZG, ideo basis coni H, / quae fuit aequalis illi conicae,
81 aequalis erit basibus conorum, M, N simul sumptis, quorum scilicet bases his conicis fuerunt aequales; cumque conorum H, M, N sit una celsitudo, erit per antepraemissam conus H aequalis conis M, N simul sumptis. Itaque de cono H et solido AGB invicem aequalibus, auferatur conus
85 M et solidum AZB invicem aequalia: et supererunt conus N et solidum descriptum a triangulo BGZ invicem aequalia, quod est propositum.

Superest tertia propositionis pars: circumducatur ut prius trigonum BGZ circum axem AB, sitque GZ latus ipsi AB parallelum, et conus H habeat basim aequalem cylindricae superficiei quam describit linea
90 GZ, celsitudinem vero aequalem perpendiculari BD ab angulo B ad latus GZ [Fig. III.5C.22].

Aio quod conus H aequalis est solido quod describitur a triangulo BZG circumducto.

Compleatur enim rectangulum $AZGX$, quod in revolutione describet
95 cylindrum cuius axis AX et basium semidiametri AZ, GX. Unde et BD circulum describet, qui terminus erit cylindrorum AD, DX; quin etiam triangula ABZ, BGX describent conos, quorum bases, quae et cylindri, et quorum vertex B. Sit itaque conus K basim quidem habens aequalem basi cylindri AG, celsitudinem vero duplam ipsius AX; eritque per
100 11^{am} 12^{i} conus K duplus coni habentis basim eandem, et axem AX. Sed hic conus per praemissam aequalis est conis AZB, BGX simul sumptis. Ergo conus K duplus est ad conos AZB, BGX simul sumptos. Sed eorumdem conorum AZB, BGX simul sumptorum duplum est solidum a triangulo BGZ descriptum, quando per 9^{am} 12^{i} totus cylindrus AG
105 triplus est eorundem conorum. Itaque aequalis est conus K solido per triangulum BGZ descripto.

At cum cylindrica superficies quam describit linea GZ, et ideo basis coni H ei aequalis, ad basim cylindri AG, et ideo ad basim coni K, sit per 5^{am} huius sicut axis AX ad dimidium semidiametri GX: et ideo sicut
110 celsitudo coni K, quae dupla est axis AX, ad semidiametrum GX, quae dupla est sui dimidii, et ideo ad BD celsitudinem coni H, propterea per 12^{am} 12^{i} aequalis est conus H cono K, et ideo solido per triangulum BGZ descripto, quod est propositum.

115

69

120

125

130

135

140

Hoc autem cum perpendicularis *DB* cadit inter puncta *G*, *Z*; quod si perpendicularis a puncto *B* ad *GZ* sit altera ipsarum *BZ*, *BG*, demonstratio adhuc erit eadem, sed intra cylindrum *AG* unus describetur conus non duo. Si vero perpendicularis *DB* cadat extra puncta *G*, *Z* [Fig. III.5C.23], tunc / sic ostendam hanc propositionis partem. Producta *ZD* ad libitum ad signum *O* connectatur *BO*. Sitque *M* conus basim habens aequam cylindricae superficiei quam describit linea *OG*, celsitudo vero *BD*: item conus *N* basim habens aequalem cylindricae superficiei quam describit linea *OZ* et celsitudinem *BD*. Eritque, sicut dudum fuit demonstratum, conus *M* aequalis solido descripto per triangulum *OBG*, conus autem *N* aequalis solido descripto per triangulum *OBZ*. Et quoniam cylindrica superficies quam describit linea *OG* aequalis est cylindricis superficiebus simul sumptis quas describunt lineae *OZ*, *ZG*, ideo basis coni *M* aequalis est basibus conorum *N*, *H* simul sumptis; quorum, cum sit una celsitudo, erit per antepraemissam conus *M* aequalis conis *N*, *H* simul sumptis. Itaque de cono *M* conus *N*, et de solido per triangulum *OBG* descripto solidum per triangulum *OBZ* descriptum, ab aequalibus scilicet aequalia, subtrahantur, et relinquitur conus *H* aequalis solido per triangulum *BZG* descripto, quod est propositum.

Concluditur ergo quod solidum a triangulo lateraliter vel angulariter axi in eodem plano existenti applicato et circa eumdem axem perfecta revolutione circumducto descriptum, aequale est ei cono cuius basis aequalis est conicae superficiei vel cylindricae descriptae a latere trianguli quod opponitur angulo applicato ad axem, celsitudo vero aequalis perpendiculari quae a dicto angulo ad dictum latus egreditur ubicumque occurrat. Et haec est tota propositi summa, quae sequentibus inservit demonstrationibus.

Propositio XXIV.

SOLIDUM A DIMIDIO POLYGONII AEQUILATERI CIRCULO INSCRIPTI SUPER DIAMETRUM STANTEM PERFECTA REVOLUTIONE CIRCUMDUCTO DESCRIPTUM, AEQUALE EST EI CONO

5 CUIUS BASIS AEQUALIS EST UNIVERSAE SOLIDI SUPERFICIEI, AXIS VERO PERPENDICULARI QUAE A CIRCULI CENTRO AD QUODLIBET POLYGONII LATUS EGREDITUR.

In circulo *AB*, cuius diameter *AB*, inscriptum sit polygonium aequilaterum, ut puta decagonum *AB*, a cuius dimidio *AGDEZB* super

10 axem *AB* semel revoluto describatur solidum *AB* conicarum superficierum [Fig. III.5C.24]. Ad unum autem laterum polygonii, quod sit *AG*, ducatur a centro sphaerae *H* perpendicularis *HT*; sitque conus *K*, cuius basis sit aequalis superficiei totae solidi *AB*, celsitudo vero aequalis perpendiculari *HT*.

15 Aio quod aequalis est conus *K* solido *AB*.

Connectantur enim anguli *G*, *D*, *E*, *Z* cum centro *H*, et constituantur

coni sub celsitudine HT: videlicet conus L basim habens aequam conicae
superficiei quam describit linea AG, conus M ei quam describit linea
BZ, conus N ei / quam describit linea GD, conus X ei quam describit
linea ZE, conus O ei quam describit linea DE, quae cylindrica est. Unde
conorum L, M, N, X, O bases simul sumptae aequales erunt universae
superficiei solidi AB, et ideo aequales erunt basi coni K. Quare per 21^{am}
huius omnes hi coni L, M, N, X, O simul aequales erunt cono K. Per
primam autem partem praecedentis solidum quod per triangulum HAG
circumductum describitur aequum est cono L, quod autem per triangulum
HBZ aequum est cono M. Item quod per triangulum HGD aequum est
per secundam partem praecedentis cono N; quodque per triangulum
HZE aequum est cono X. Quod tandem per triangulum HDE aequum
est, per tertiam partem praecedentis, cono O. Itaque solidum AB, quod
a toto semipolygonio ADB describitur, aequum est aggregato conorum
L, M, N, X, O; fuit autem hoc aggregatum cono K aequale. Ergo et
AB solidum cono K aequale erit. Et hoc fuerat demonstrandum.

Manifestum est ergo quod solidum AB aequum est cylindro cuius basis
est aequalis superficiei ipsius solidi AB, axis vero aequalis tertiae parti
perpendicularis HT, namque talis cylindrus per 11^{am} et 9^{am} 12^{i} aequalis
est cono K, et ideo solido AB etc.

Propositio XXV.

SPHAERA AEQUALIS EST CONO CUIUS BASIS SPHAERICAE
SUPERFICIEI, CELSITUDO VERO SPHAERAE SEMIDIAMETRO
AEQUALIS EST.

Sit circulus $ABGD$, cuius centrum E, diameter AG, et circumacto
semel semicirculo ABG super immotam diametron AG describatur
sphaera ABG, sitque conus M, cuius basis sphaerae ABG superficiei,
celsitudo autem semidiametro AE sit aequalis [Fig. III.5C.25].

Aio quod aequalis est conus M sphaerae ABG.

Nam si conus M non sit aequalis sphaerae ABG, erit aequalis
sphaerae alteri alicui maiori vel minori quam est ipsa sphaera ABG.
Sit ergo primum, si possibile est, conus M aequalis sphaerae ZHT minori
quam est sphaera ABG, et cum ea concentricae, cuius diameter ZT, et
quam circa diametrum ZT revolutus describit semicirculus ZHT; et per
13^{am} 12^{i} inscribatur circulo ABG polygonium aequalium laterum minime
tangentium circulum ZT, quod sit $ABGD$, cuius laterum unum sit AK,
ad quod a centro perpendicularis exeat EL; et polygonii dimidio semel
circa diametrum AG circumacto describatur solidum co/nicarum super-
ficierum minime iam tangentium sphaeram ZHT, eritque per prae-
cedentem solidum ABG aequum cono cuius basis aequalis est superficiei
solidi ABG, celsitudo vero perpendiculari EL; huiusmodi itaque cono
maior est conus M, quandoquidem et basi et celsitudine superior est,
quoniam scilicet sphaerae ABG superficies maior est solidi ABG inclusi
superficie et linea AE maior quam perpendicularis EL. Et ideo sphaera

25 *ZHT* ipsi cono *M* aequalis maior erit solido *ABG*: pars toto, quod est impossibile.

Vel sic, quoniam conus *M* maior fuit cono dicto aequali ipsi solido *ABG*, et ideo maior ipso solido *ABG*, et solidum *ABG* maius sphaera *ZHT*; propterea conus *M* maior erit sphaera *ZHT*; non est ergo ei aequalis
30 sicut supponebatur.

Sit deinde, si possibile est, conus *M* aequalis sphaerae maiori quam est sphaera *ABG*. Sed, brevitatis causa, sit supposita ipsa *ZHT*, et conus *M* basim habeat aequalem superficiei sphaerae *ZHT*, celsitudinem vero aequalem semidiametro *EZ*.
35 Aio quod conus *M* non erit aequalis sphaerae alicui maiori quam est sphaera *ZHT*.

Nam si possibile est, sit aequalis sphaerae *ABG* maiori quam est sphaera *ZHT*, et cum ea concentricae; describatur intra sphaeram *ABG* solidum *ABG* ut prius, cuius superficies non tangat sphaeram *ZHT* etc.
40 Eritque per praecedentem solidum *ABG* aequum cono cuius basis aequalis est superficiei solidi *ABG* et celsitudo perpendiculari *EL*. Talis ergo conus maior cono *M*, quem et basi et celsitudine superat. Quare solidum *ABG* maius cono *M*. Sed conus *M*, per hypothesim, aequalis fuit sphaerae *ABG*. Ergo solidum *ABG* maius quam sphaera *ABG*: pars toto, quod est
45 impossibile. Non est ergo conus *M* aequalis alicui sphaerae maiori quam est sphaera *ZHT*. Similiter si conus *M* [habeat] basim superficiei sphaerae *ABG* et celsitudinem aequam semidiametro *EA*, non erit aequalis sphaerae cuiquam maiori quam est sphaera *ABG*; fuitque ostensum quod nec minori. Superest ergo ut aequalis omnino sit conus *M* sphaerae *ABG*,
50 quod erat demonstrandum.

Manifestum est ergo quod sphaera aequalis est cono cuius basis semidiameter aequalis est diametro sphaerae, axis vero semidiametro sphaerae. Patet, nam per corollarium 10^{ae} circulus cuius semidiameter aequalis diametro sphaerae est aequalis superficiei sphaerae.

Propositio XXVI.

SPHAERA DUPLA EST CONI CUIUS BASIS CIRCULO SPHAERAE MAXIMO, CELSITUDO VERO SPHAERAE DIAMETRO FUERIT AEQUALIS.

5 Sit sphaera *A*, cuius circulus maximus *BCD* [Fig. III.5C.26], conus autem *N* basim habeat aequalem circulo *BCD*, celsitudinem vero aequam diametro sphaerae *BD*.

Aio quod sphaera *A* dupla est coni *N*.

Ponatur enim conus *M* basim habens aequalem superficiei sphaerae *A* et
10 celsitudinem aequalem semidiametro sphaerae *AD*; eritque per praecedentem conus *M* aequalis sphaerae *A*. Ponatur item conus *X* basim habens duplam circuli *BCD* et celsitu/dinem aequalem diametro sphaerae
12 *BD*. Itaque basis coni *M* aequalis superficiei sphaerae *A* per 11^{am} est quadrupla ad circulum *BCD*, et basis coni *X* dupla circuli *BCD*. Igitur

15 basis coni M dupla ad basim coni X; celsitudo autem coni X dupla ad
celsitudinem coni M. Quare conorum M, X reciprocae sunt bases
fastigiis; et ideo per 12^{am} 12^{i} aequales sunt coni. Sed conus M aequalis
sphaerae A. Ergo et conus X aequalis sphaerae A. Verum conus X duplus
est coni N, est enim eiusdem celsitudinis et habet basim duplam, nam
20 basis coni X dupla ad circulum BCD et basis coni N aequalis circulo
eidem. Igitur sphaera A dupla est coni N, quod est propositum.

Corollarium.

Manifestum est ergo quod cylindrus cuius basis aequalis est circulo
sphaerae maximo, celsitudo autem aequalis diametro sphaerae, est ad
25 sphaeram sesquialter. Namque cylindrus per 9^{am} 12^{i} triplus est sui coni,
cuius sphaera dupla est, ut fuit ostensum. Unde fiet cylindrus ad sphaeram
sesquialter.

Propositio XXVII.

SI FUERIT AXIS CYLINDRI AEQUALIS DIAMETRO BASIS,
CONI AUTEM BASIS AEQUALIS UNIVERSAE SUPERFICIEI
CYLINDRI, CELSITUDO VERO AEQUALIS SEMIDIAMETRO
5 CYLINDRICAE BASIS, AEQUALIS ERIT CYLINDRUS CONO.

Rectanguli $ABGD$ latus AB duplum sit lateris BG [Fig. III.5C.27], et
circumducto rectangulo semel manente latere AB, describatur cylindrus
AG. Itaque cum BG, quae semidiameter est basis, sit dimidium axis
AB, erit tota diameter aequalis axi. Item sit conus E, cuius basis sit
10 aequalis universae cylindri AG superficiei, hoc est aggregato ex curva
superficie quam describit linea GD et ex basibus quas describunt lineae
AD, BG, celsitudo vero semidiametro AD.

Aio quod cylindrus AG et conus E sunt aequales.

Secetur enim axis AB bifariam apud Z, et connectantur DZ, ZG quo
15 fiet ut in circumductu rectanguli AG ipsa triangula ZDA, ZGB describant
conos quorum bases quae et cylindri et quarum (!) vertex punctum Z.
Cadat autem perpendicularis a puncto Z ad DG, quae sit ZH; sitque
conus T, cuius basis sit aequalis cylindricae superficiei quam describit
73 / linea GD, celsitudo vero aequalis perpendiculari ZH, et ideo semi
20 diametro AD, quae celsitudo est coni E; eritque per tertiam partem 23^{ae}
praecedentis conus T aequalis solido descripto per triangulum DZG.
Quamobrem conus T cum conis descriptis per triangula ZDA, ZGB
simul aequalis erit toti cylindro AG; basis quoque coni T cum basibus
cylindri aequalis erit universae superficiei cylindri; et ideo basis coni T
25 cum basibus conorum ADZ, BGZ, quae sunt bases cylindri, simul
aequales erunt basi coni E, quae fuit aequalis universae superficiei
cylindri; estque horum quatuor conorum celsitudo una, quoniam lineae
AD, AZ, ZB, ZH, quae fuerunt conorum celsitudines, sunt aequales.
Igitur per 21^{am} praedictam conus E aequalis est aggregato conorum T

30   *ADZ*, *BGZ*; fuit autem hoc aggregatum aequale cylindro *AG*. Ergo cylindrus *AG* aequalis erit cono *E*, quod est propositum.

Propositio XXVIII.

CYLINDRUS CUIUS TAM AXIS QUAM BASIS DIAMETER AEQUALIS EST SPHAERAE DIAMETRO SESQUIALTER EST AD SPHAERAM.

5   Quamvis haec propositio demonstrata sit in praemissa 26ª ut ipsius corollarium, placuit tamen hic eam aliter demonstrare.

Esto sphaera quidem *A*, cylindrus *Z*; sitque tam axis *Z* cylindri quam diameter aequalis sphaerae *A* diametro *CB* [Fig. III.5C.28].

Aio quod cylindrus *Z* sesquialter est ad sphaeram *A*.

10   Sit enim conus *M* basim habens aequalem superficiei sphaerae *A* et celsitudinem aequalem semidiametro sphaerae *AB*; eritque per 25^{am} praemissam conus *M* aequalis sphaerae *A*. Item sit conus *E* basim habens aequalem universae superficiei cylindri *Z* et celsitudinem aequalem semidiametro basis cylindri. Eritque per praecedentem conus *E* aequalis

15   cylindro *Z* (cum semidiameter sphaerae *A* et [semidiameter] cylindricae basis, quae sunt celsitudines conorum *M*, *E*, sint aequales per hypothesim) atque cylindri *Z* tota superficies, quae basis est coni *E*, sesquialtera sit per corollarium 11^{ae} superficiei sphaerae *A*, quae basis est coni *M*; et coni eiusdem altitudinis per 11^{am} 12^i sint ad invicem sicut bases. Iam et conus

20   *E* sesquialter erit ad conum *M*. Verum conus *M* sphaerae *A* conusque *E* cylindro *Z* fuit aequalis. Ergo et cylindrus *Z* sesquialter erit ad sphaeram *A*, quod fuit propositum.

Corollarium.

Rursum ergo hinc patet quod sphaera dupla est ad conum cuius tam

25   axis quam basis diameter aequalis est sphaericae diametro. Nam cum cylindrus huiusmodi sit per praemissam ad sphaeram sesquialter, ad conum vero per 9^{am} 12^i triplus, erit sphaera ad conum dupla.

Itaque sphaera sic se habet ad cylindrum et reliqua tornatilia. Nunc ad segmentorum soliditates transibimus.

74

/ Propositio XXIX.

SI CIRCULI ARCUS QUISPIAM IN PORTIONES SECETUR AEQUALES, QUIBUS CHORDAE SUBTENDANTUR, ET ARCUS EXTREMA CUM CENTRO CIRCULI CONNECTANTUR, REC-

5   TILINEUM AUTEM SUB CHORDIS ET SEMIDIAMETRIS COM-PREHENSUM, ALTERA SEMIDIAMETRORUM STANTE, SEMEL CIRCUMDUCATUR: DESCRIPTUM SOLIDUM AEQUUM EST EI CONO CUIUS BASIS AEQUALIS EST CONICIS SUPERFICIEBUS PER CHORDAS DESCRIPTIS, CELSITUDO VERO AEQUALIS

10   PERPENDICULARI QUAE A CENTRO CIRCULI AD QUAMLIBET
CHORDARUM EGREDITUR.

In circulo AD [Fig. III.5C.29], cuius centrum H, arcus AD secetur
in quotvis partes aequales, ut puta duas AG, GD, quibus subtendantur
chordae AG, GD, et ductis semidiametris AH, DH circumducatur
15   rectilineum AD, stante semidiametro AH, ut describatur solidum AD.
Sitque conus K, cuius basis sit aequalis conicis superficiebus descriptis
per chordas AG, GD, celsitudo autem aequalis perpendiculari HT ad
latus AG.

Aio quod aequalis est conus K solido AD.

20   Connectatur enim GH, et constituantur sub celsitudine HT duo coni,
scilicet conus L basim habens aequam conicae superficiei quam describit
linea AG et conus N basim habens aequam conicae superficiei quam
describit linea GD. Unde conorum L, N bases simul aequales erunt basi
coni K, quae fuit dictis conicis superficiebus aequalis. Quare per 21$^{\text{am}}$
25   huius coni L, N simul aequales erunt cono K. Sed per 23$^{\text{am}}$ solidum a
triangulo HAG descriptum aequum est cono L, quodque per triangulum
GHD describitur aequum est cono N. Ergo solidum AD quod a toto
rectilineo AD describitur aequum est aggregato conorum L, N. Fuit autem
hoc aggregatum cono K aequale. Igitur et AD solidum cono K erit aequale,
30   quod demonstrandum proponitur.

Hoc idem ostendemus quotcunque fuerint chordae factis tot conis
quot fuerint triangula, qui singuli sunt singulis solidis per triangula
descriptis aequales, adhibitis semper 21$^{\text{a}}$ et 23$^{\text{a}}$ huius, estque similis
demonstratio 24$^{\text{ae}}$ huius.

Propositio XXX.

SI CONICA SUPERFICIES VERTICEM IN CENTRO SPHAERAE
HABENS SPHAERAM IN DUOS SECTORES DISTERMINET,
UTERLIBET SECTORUM AEQUALIS EST CONO CUIUS BASIS
5   AEQUALIS EST BASI SPHAERICAE IPSIUS SECTORIS, CEL-
SITUDO AUTEM AEQUALIS SEMIDIAMETRO SPHAERAE.

De circulo $ABGD$ [Fig. III.5C.30], cuius centrum E et diameter AG,
sumatur arcus AB, et ducatur semidiameter EB, circumducto autem
75   semicirculo ABG, stante diametro AG, / describetur sphaera, et in eodem
10   ambitu sector circuli ABE describet solidum sphaerae sectorem $ABED$,
ponatur conus M, cuius basis aequa sit basi sphaericae sectoris
ABD, quam scilicet describit arcus AB, celsitudo vero aequalis sit
semidiametro AE.

Aio quod aequalis est conus M sphaerico sectori ABD.

15   Nam secus erit aequalis alicui sectori maiori vel minori. Sit ergo
primum aequalis conus M sectori sphaerico ZHT minori quam est sector
ABD, et cum eo concentrico, quem describat arcus ZH ipsis lineis
AE, EB terminatus, et secetur arcus AB iterum atque iterum donec
per 13$^{\text{am}}$ 12$^{\text{i}}$ arcuum chordae non contingant peripheriam ZHT. Sitque

20 una chordarum AK, et ad eum (!) perpendicularis EL, et circumacto recti-
lineo $AKBE$ circa axem AE describatur solidum ABD, quod per praece-
dentem aequale erit cono cuius basis aequalis est conicis superficiebus
per chordas AK, KB descriptis, celsitudo vero perpendiculari EL. Hoc
itaque cono maior est conus M, qui et basi et celsitudine maior est.

25 Sed conus M aequalis fuit sphaerico sectori ZT. Ergo [sector] sphaericus
ZT maior est solido ABD, pars toto, quod est impossibile.

Vel sic, conus M maior est solido ABD, quandoquidem maior est cono
qui solido aequalis; ergo et maior sectore sphaerico ZT; non est ergo ei
aequalis, sicut supponebatur.

30 Sit deinde conus M aequalis sectori sphaerico maiori quam est sector
ABD. Sed brevitatis causa suppositus sector sit sector sphaericus $ZHTE$,
et conus M habeat basim aequam sphaericae sectoris ZT, quam scilicet
describit arcus ZH, et celsitudinem aequalem semidiametro EH.

Aio quod conus M non erit aequalis alicui sectori sphaerico maiori
35 quam est sector ZT.

Sit enim, si possibile est, aequalis sectori BD concentrico cum sectore
ZT et ipso maiori quem describit sector circuli ABE; et inscribantur
arcui AB chordae ut prius non tangentes circulum ZH, et circumducto
rectilineo ABE formetur solidum BD etc., quod per praecedentem
40 aequale erit cono cuius basis aequalis est conicis superficiebus per chordas
AK, KB descriptis, celsitudo vero perpendiculari EL. Hic ergo conus
maior erit cono M, quem et basi et celsitudine superat; sed conus M
aequalis fuit per hypothesim sectori BD; igitur et solidum BD maius est
sectore BD, pars toto, quod est impossibile. Non est ergo conus M aequalis
45 alicui sectori sphaerico maiori quam est sector ZT. Similiter si conus
M supponatur habere basim aequam sphaericae basi sectoris BD et celsi-
tudinem aequam semidiametro AE, non erit conus M aequalis alicui sectori
maiori quam est sector BD; sed nec minori, ut fuit ostensum. Superest
ergo ut aequalis sit omnino conus M sectori sphaerico $ABED$, quod est
50 propositum.

Et quoniam sphaera ABG dissecatur in duos sectores quos disterminat
conica superficies descripta per lineam EB, poterimus hoc idem ostendere
de sphaerico sectore BGD descripto per circuli secorem EBG. Sit ergo
conus N, cuius basis aequalis sit sphaericae basi sectoris BGD, quam
55 describit arcus BG, [et cuius celsitudo aequalis sit semidiametro AE], et
similiter ostendemus quod aequalis erit conus N sectori sphaerico BGD.

Vel hac via: sit conus X habens basim aequam superficiei toti sphaerae
ABG et celsitudinem aequam semidiametro AE; eritque per 25^{am} aequalis
76 conus X / sphaerae ABG; et basis coni X aequalis basibus conorum
60 M, N simul sumptis. Quapropter per 21^{am} et conus X conis M, N simul
sumptis aequalis erit. Igitur et coni M, N simul sumpti erunt aequales
sphaerae ABG. Itaque de sphaera ABG sector sphaericus ABD, et de
aggregato conorum M, N conus M auferatur, aequalia ab aequalibus;
et supererunt sector sphaericus BGD et conus N aequales, quod est
65 propositum.

Corollarium.

Manifestum est ergo quod scctor sphaericus aequalis est cono cuius basis semidiameter est aequalis lineae quae a vertice sphaerici segmenti ad peripheriam basis, celsitudo autem aequalis semidiametro sphaerae.

70 Nam per corollarium 16^{ae} circulus cuius semidiameter est linea quae a vertice segmenti sphaerici ad peripheriam basis aequalis est basi sphaericae ipsius sectoris. Quare conus cuius basis aequalis circulo cuius diameter est linea quae a vertice segmenti sphaerici ad peripheriam basis, celsitudo autem aequalis semidiametro sphaera[e]; iam aequalis

75 erit cono cuius basis aequalis est basi sphaericae sectoris, celsitudo autem semidiametro sphaerae. Sed hic conus aequalis fuit sphaerico sectori. Ergo et ille conus cuius basis est circulus habens semidiametrum aequalem lineae quae a vertice segmenti sphaerici ad peripheriam basis et [cuius] celsitudinem (!) aequalem (!) semidiametro sphaerae aequalis

80 erit sphaerico sectori, sicut infert corollarium.

Propositio XXXI.

SI CIRCULUS SPHAERAM SECET, SPHAERICORUM SEG-
MENTORUM UTRUMLIBET AEQUUM EST CONO CUIUS BASIS
EST SECANS CIRCULUS, CELSITUDO VERO EA RECTA QUAE
5 SIC SE HABET AD AXEM IPSIUS SEGMENTI SICUT AG-
GREGATUM EX SEMIDIAMETRO SPHAERAE ET EX AXE
RELIQUI SEGMENTI AD EUNDEM AXEM.

Est sphaera $ABGD$, quam circa axem AG manentem revolutus semel describit semicirculus ABG, quae secetur circulo cui recta sit diameter

10 AG, et cuius diameter sit BD secans AG apud P [Fig. III.5C.31]. Sintque segmenta ABD, BGD, quorum axes AP, PG. Sitque sicut aggregatum ex EA, PG ad ipsam PG, sic RP ad AP.

Aio quod conus cuius basis semidiameter BP et celsitudo RP aequalis est sphaerico segmento ABD.

15 Item sit sicut aggregatum ex EG, PA ad ipsam PA, sic SP ad GP.

Aio quod conus cuius basis semidiameter BP et celsitudo SP aequalis est sphaerico segmento BGD.

Primum sic ostendo. Cum EA, PG simul ad PG sit sicut RP ad AP, erit disiunctim sicut EA ad PG, sic RA ad AP; et conversim, sicut PG ad

20 EA, sic AP ad RA; et permutatim, sicut PG ad AP, sic EA ad RA; et conversim, sicut AP ad PG, sic RA ad AE; et coniunctim, sicut AG ad GP, sic RE ad EA. Sed AG ad GP ratio dupla est eius quae AG ad GB per 8^{am} sexti; AG autem ad GB sicut AB ad BP, propter similitudinem triangulorum AGB, ABP; ergo ratio AG ad GP dupla est eius quae

25 AB ad BP; fuit autem sicut AG ad GP, sic RE ad EA. Igitur ratio RE ad EA dupla est eius quae AB ad BP. Sed circulus cuius semidiameter AB ad circulum cuius semidiameter BP duplam habet rationem eius quam

77 AB ad BP (quandoquidem circuli ad invicem sunt / per 2^{am} 12^1 sicut quadrata diametrorum vel semidiametrorum). Itaque RE ad EA erit sicut

30 circulus cuius semidiameter *AB* ad circulum cuius semidiameter *BP*.
Quamobrem duo coni quorum unius quidem basis semidiameter *AB* et
celsitudo *EA*, alterius autem basis semidiameter *BP* et celsitudo *RE*, sunt
per 12^{am} 12^i aequales invicem, quando celsitudines sunt basibus recipro-
cae. Sed conus cuius basis semidiameter *BP* et celsitudo *RE* per 22^{am} huius

35 aequalis est duobus conis quorum basis semidiameter *BP* et celsitudines
RP, *PE*; conus autem cuius basis ex centro *AB* et celsitudo *AE* per corol-
larium praemissae aequalis est sectori sphaerico *ABED*. Igitur duo coni
quorum basis semidiameter *BP* et celsitudines *RP*, *PE* simul sumpti sunt
aequales sectori sphaerico *ABED*, quod est aggregatum ex segmento

40 sphaerico *ABD* et ex cono cuius basis semidiameter *BP* et celsitudo *PE*.
Auferatur ergo communis conus, cuius basis semidiameter *BP* et
celsitudo *PE*, et supererit conus cuius basis semidiameter *BP* et celsitudo
RP aequalis sphaerico segmento *ABD*, quod erat primum ex demon-
strandis. Reliquum sic ostemdo (!).

45   Cum *EG*, *PA* simul ad *PA* sit sicut *SP* ad *GP*, erit disiunctim sicut
EG ad *PA*, sic *SG* ad *PG*; et conversim, sicut *PA* ad *EG*, sic *GP* ad
SG; et permutatim, sicut *AP* ad *PG*, sic *EG* ad *GS*; et conversim, sicut
GP ad *PA*, sic *SG* ad *GE*; et coniunctim, sicut *GA* ad *AP*, sic *SE* ad *EG*.
Sed per 8^{am} sexti ratio *GA* ad *AP* dupla est eius quae *GA* ad *AB*;

50 estque sicut *GA* ad *AB*, sic *GB* ad *BP* propter similitudinem triangulorum
GAB, *GBP*. Igitur ratio *GA* ad *AP* dupla est eius quae *GB* ad *BP*; fuit
autem sicut *GA* ad *AP*, sic *SE* ad *EG*; quare et ratio *SE* ad *EG* dupla
eius est quae *GB* ad *BP*. Sed circulus cuius semidiameter *GB* ad circulum
cuius semidiameter *BP* duplam habet rationem eius quam *GB* ad *BP* ex

55 2^a 12^i. Itaque *SE* ad *EG* erit sicut circulus cuius semidiameter *GB* ad
circulum cuius semidiameter *BP*. Quamobrem duo coni quorum unius
quidem basis semidiameter *GB*, celsitudo autem *EG*, alterius autem
basis semidiameter *BP*, celsitudo autem *SE*, sunt per 12^{am} 12^i invicem
aequales (quandoquidem celsitudines sunt basibus mutuae). Per praece-

60 dentis autem corollarium conus cuius basis semidiameter *BG*, celsitudo
autem *EG*, aequalis est sectori sphaerico *BGDE*. Igitur sector sphaericus
BGDE aequalis est cono cuius basis quidem semidiameter *BP*, celsitudo
autem *SE*. Apponatur utrobique conus cuius basis semidiameter *BP* et
celsitudo *PE*; eritque segmentum sphaericum *BGD* aggregatum, scilicet ex

65 sectore *BGDE* et dicto cono, aequale conis quorum basium semidiameter
BP et celsitudines *PE*, *ES* simul sumptae. Sed tales coni simul sumpti
sunt per 22^{am} aequales cono cuius basis semidiameter *BP* et celsitudo
PS. Ergo et conus cuius basis semidiameter *BP*, celsitudo autem *PS*
aequalis est segmento sphaerico *BGD*, quod fuit reliquum ex demon-

70 strandis. Itaque vera est tota propositi sententia.

/ Corollarium.

Hinc manifestum est quod sphaericum segmentum ad conum eiusdem
basis ac verticis est sicut linea constans ex semidiametro sphaerae et
axe reliqui segmenti ad ipsum axem. Namque, ut paucis agam, conus

75 *BRD* ad conum *BAD* eiusdem basis est sicut *RP* altitudo ad *PA* altitudinem; fuit autem sphaericum segmentum *BAD* aequale cono *BRD*. Atque *RP* linea ad lineam *PA*, sicut aggregatum *EGP* ad axem *GP*. Igitur sphaericum segmentum *BAD* ad conum *BAD*, sicut *EGP* aggregatum ad axem *GP*, quod est propositum. Non aliter ostendam quod segmentum

80 sphaerae *BGD* ad conum *BGD* erit sicut aggregatum *EAP* ad axem *AP*, sicut infert corollarium.

Propositio XXXII.

SI CIRCULUS SPHAERAM SECET, SPHAERICORUM SEGMENTORUM UTRUMLIBET AEQUUM EST CONO CUIUS BASIS SEMIDIAMETER EST AEQUALIS IPSIUS SEGMENTI AXI, CEL-
5 SITUDO VERO AEQUALIS AGGREGATO EX SEMIDIAMETRO SPHAERAE ET EX AXE RELIQUI SEGMENTI.

Repetita descriptione praecedenti [cf. Fig. III.5C.31], aio quod segmentum sphaericum *ABD* aequum est cono cuius basis semidiameter aequalis est axi *AP*, celsitudo vero aggregato ex *EG* semidiametri (!)
10 et *GP* axe reliqui segmenti. Item aio quod segmentum sphaericum *BGD* aequale est cono cuius basis semidiameter aequalis est axi *GP*, celsitudo vero aequalis aggregato ex *AE* semidiametro et *AP* axe reliqui segmenti.

Primum sic ostendo. Quoniam ratio *GP* ad *PA* dupla est eius quae *BP*
15 ad *PA* per 8^{am} sexti, cuius et dupla est per 2^{am} 12^{i} ratio circuli cuius semidiameter *BP* ad circulum cuius semidiameter *PA*, ideo *GP* ad *PA* erit sicut circulus cuius semidiameter *BP* ad circulum cuius semidiameter *PA*. Fuit autem in praemissa sicut *GP* ad *PA*, sic *EA*, vel *EG*, ad *AR*; et coniunctim, sicut *EG*, *GP* simul ad *PR* totum, sic *PG* ad *PA* per 13^{am}
20 5^{i}; et ideo sicut circulus cuius semidiameter *BP* ad circulum cuius semidiameter *PA*. Quamobrem duo coni quorum unius quidem basis semidiameter est *AP* et celsitudo aggregatum ex *EG*, *GP*, alterius vero basis semidiameter *BP* et celsitudo *PR*, sunt aequales per 12^{am} 12^{i} quandoquidem celsitudines basibus reciprocae. Verum per praecedentem
25 conus cuius basis semidiameter *BP* et celsitudo *PR* fuit aequalis sphaerico segmento *ABD*. Ergo sphaericum segmentum *ABD* aequale est et cono cuius basis semidiameter *AP* et celsitudo aggregatum ex *EG*, *GP*, quod est unum ex demonstrandis. Accipe reliquum.

Quoniam ratio *AP* ad *PG* dupla est eius quae *BP* ad *PG* per 8^{am} sexti,
30 cuius et dupla est per 2^{am} 12^{i} ratio circuli cuius semidiameter *BP* ad circulum cuius semidiameter *PG*, ideo *AP* ad *PG* erit sicut circulus cuius semidiameter *BP* ad circulum cuius semidiameter *PG*. Fuit autem in praemissa sicut *AP* ad *PG*, sic *EG*, vel *EA*, ad *GS*. Quare per 13^{am} 5^{i} sicut *EA*, *AP* simul ad *PS* totum, sic *AP* ad *PG*, et ideo sicut circulus
35 cuius semidiameter *BP* ad circulum cuius semidiameter *PG*. Quamobrem
79 duo coni quorum unius quidem basis semidiameter est / *PG* et celsitudo aggregatum ex *AE*, *AP*, alterius autem basis semidiameter est *BP* et celsi

tudo *PS*, sunt ad invicem aequales per 12^{am} 12^i, quandoquidem reciproca sunt basibus fastigia. Verum ex praecedenti conus cuius basis semi-
40 diameter *BP* et celsitudo *PS* aequalis est sphaerico segmento *BGD*. Ergo sphaericum segmentum *BGD* aequale est cono cuius basis semidiameter est *PG* et celsitudo aggregatum ex *AE*, *AP*, quod supererat demonstrandum.

Aliter
PROPOSITAM SPHAERAM AD DATAM RATIONEM SECARE.
Sphaerae propositae diameter sit *AB* [Fig. III.5C.32]; data ratio *CD* ad
DE, oportet sphaeram *AB* secare ita ut segmentum ad segmentum sit
5 sicut *CD* ad *DE*.

Ponatur *AF* dimidium ipsius *AB*; et sicut est *CE* ad *ED* sic sit *FA* ad *AG*; quibus intersit media proportionalis *AH*, ut scilicet *FA*, *AH*, *AG* sint continuae proportionales; et circa axem *FB* describatur parabola *FHLK*. Itemque circum non coincidentes *FB*, *XB* per punctum *G* incedat hyper-
10 bola *GL* secans parabolen apud *L* punctum; et compleatur parallelogrammum *LMBX*, itemque parallelogrammum *AGNB*; eruntque per 12^{am} 2^i conicorum elementorum parallelogramma *LB*, *BG* praedicta inter se aequalia. Quare per 15^{am} sexti Euclidis erit sicut *AB* ad *BM*, sic *LM* ad *GA*. Itaque cum ratio quadrati *LM* ad quadratum *GA*, et ideo ratio quadrati
15 *AB* ad quadratum *BM*, componatur ex rationibus quadrati *LM* ad quadratum *HA* atque quadrati *HA* ad quadratum *AG*; et cum ratio *FM* ad *AG* componatur ex rationibus *MF* ad *FA* et *FA* ad *AG*, cumque per 39^{am} (! 20^{am}) primi con[ic]orum elementorum sit sicut quadratum *LM* ad quadratum *HA*, sic *MF* ad *FA*, et per 17^{am} sexti Euclidis sicut quadratum
20 *HA* ad quadratum *AG*, sic *FA* ad *AG*, propterea ex aequa proportione erit sicut quadratum *LM* ad quadratum *AG*; et ideo quadratum *AB* ad quadratum *BM*, sic *MF* ad *AG*; et per 2^{am} 12^i Euclidis sic etiam circulus cuius semidiameter *AB* ad circulum cuius semidiameter *BM*; itaque per 12^{am} [12^i] praedicti conus cuius axis *AG* basisque semidiameter *AB*
25 aequalis erit cono cuius axis *FM* basisque semidiameter *BM*, quandoquidem celsitudines basibus sunt reciprocae. Sed per 11^{am} 12^i Euclidis sicut conus cuius axis *FA* basisque semidiameter *AB* ad conum cuius axis *GA* basisque semidiameter *AB*, sic *FA* ad *AG*. Ergo sicut conus cuius axis *FA* basisque semidiameter *AB* ad conum cuius axis *FM*
30 basisque semidiameter *MB*, sic etiam *FA* ad *AG*, hoc est, *CE* ad *ED*. Verum per praecedentem 32^{am} conus cuius axis *FM* basisque semidiameter *BM* aequalis est sphaerico segmento cuius axis *BM*. Item per corollarium 25^{ae} huius conus cuius axis *FA* basisque semidiameter *AB* aequalis est sphaerae cuius diameter *AB*. Igitur sicut sphaera *AB* ad sphaericum
35 segmentum cuius axis *BM*, sic *CE* ad *ED*; et disiunctim, sicut *CD* ad *DE*, sic sphaericum segmentum cuius axis *AM* ad sphaericum segmentum cuius axis *BM*. Quare sphaera cuius diameter *AB* in / puncto *M* ipsius diametri secatur in duo segmenta quorum ratio est quae *CE* ad *ED*, quod fuit faciendum.

40   Haec propositio sumpta est ex Dionysiodoro (!) mathematico antiquissimo, ut tradit Eutotius Ascalonica in commentariis Archimedis.

Propositio XXXIII.

PYRAMIS ET CONUS SUB AEQUIS FASTIGIIS SUNT AD INVICEM SICUT BASES.

Sit pyramis AC super basim rectilineam A [Fig. III.5C.33]. Item conus
5   BGF super circulum BG eiusdem altitudinis.

Aio quod sicut est rectilineum A ad circulum BG, sic est pyramis AC ad conum BGF.

Sit enim, si possibile est, pyramis AC ad conum BGF sicut rectilineum A ad circulum maiorem minoremve ipso circulo BG. Et primo minorem,
10 qui sit DE concentricus ipsi BG; et ipsi BG inscribatur rectilineum polygonium per 13^{am} 12^l laterum minime tangentium circulum DE; et super rectilineum BG intelligatur pyramis eiusdem altitudinis cum cono BGF eiusdem verticis; eritque per 7^{am} (! 6^{am}) 12^l sicut rectilineum A ad rectilineum BG, sic pyramis AC ad pyramidem BGF. Sed per 8^{am} 5^l maior
15 est proportio rectilinei A ad circulum DE quam rectilinei A ad rectilineum BG. Igitur maiorem rationem habet per 12^{am} 5^l pyramis AC ad conum BGF quam pyramis AC ad pyramidem BGF. Ergo per 10^{am} 5^l pyramis BGF maior est cono BGF, pars toto, quod est impossibile. Non est ergo pyramis AC ad conum BGF, sicut rectilineum A ad circulum aliquem
20 minorem BG.

Sed nec maiorem, sit enim, brevitatis causa, circulus conusque propositus DEF eiusdem altitudinis cum pyramide AC.

Aio quod pyramis AC ad conum DEF non erit sicut rectilineum A ad circulum quempiam maiorem ipso DE circulo, ut puta ad circulum BG.
25 Ponatur enim BG circulus ipsi DE concentricus, et inscribatur ut prius circulo BG rectilineum laterum minime tangentium circulum DE, et super rectilineum BG intelligatur pyramis eiusdem verticis cum cono DEF. Itaque quoniam sicut rectilineum A ad circulum BG, sic pyramis AC ad conum DEF, et per 7^{am} (! 6^{am}) 12^l sicut rectilineum A ad recti-
30 lineum BG, sic pyramis AC ad pyramidem BGF, atque maior est ratio rectilinei A ad rectilineum BG quam eiusdem rectilinei A ad circulum BG per octavam 5^l: propterea per 12^{am} 5^l maiorem rationem habet pyramis AC ad pyramidem BGF quam eadem pyramis AC ad conum DEF. Ergo per 10^{am} 5^l conus DEF maior est pyramide BGF, pars toto, quod
35 est impossibile. Similiter non erit pyramis AC ad conum BGF sicut rectilineum A ad circulum quempiam maiorem ipso circulo BG; sed nec minorem, ut fuit ostensum. Superest ergo ut pyramis AC ad conum BGF sit sicut rectilineum A ad circulum ipsum BG, quod est propositum.

/ Corollarium I.

81
40   Manifestum est est (!) ergo quod prisma et cylindrus sub aequalibus fastigiis sunt ad invicem sicut bases. Namque tam prisma ad suam

pyramidem per 8^{am} 12^i quam cylindrus ad suum conum per 9^{am} eiusdem triplus est.

Corollarium II.

45   Itaque pyramis et conus quorum bases et celsitudines sunt aequales erunt ad invicem aequales. Hoc idem de prismate et cylindro pronunciandum.

Propositio XXXIV.

PYRAMIS ET CONUS SUPER AEQUALES ERECTI BASES SUNT AD INVICEM SICUT CELSITUDINES.

   Pyramis AB et conus GD stent super aequales bases B, D, existentibus
5 scilicet rectilineo B et circulo D aequalibus; sintque pyramidis et coni celsitudines AB, GD [Fig. III.5C.34].

   Aio quod pyramis AB ad conum GD est sicut celsitudo AB ad celsitudinem DG.

   Nam si celsitudines tales sint aequales, patet propositum per corol-
10 larium primum praecedentis. Si inaequales, tunc super circulum D constituatur conus eiusdem altitudinis cum pyramide AB, qui sit conus ED, eritque per praemissae corollarium secundum pyramis AB aequalis cono ED. Sed per 11^{am} 12^i conus ED ad conum GD est sicut celsitudo ED ad celsitudinem GD. Ergo et pyramis AB ad conum GD, sicut celsitudo
15 ED, et ideo sicut celsitudo AB (sunt enim aequales), ad celsitudinem GD, quod est propositum.

Corollarium.

   Manifestum est ergo quod prisma quoque et cylindrus super aequas bases sunt ad invicem sicut celsitudines, nam prisma pyramidis et
20 cylindrus coni triplus est.

/ Propositio XXXV.

PYRAMIDIS ET CONI RATIO COMPONITUR EX BASIUM ET CELSITUDINUM RATIONIBUS.

   Sit pyramis AB, cuius basis B, et celsitudo AB [Fig. III.5C.35].
5 Item conus GD, cuius basis D et celsitudo GD.

   Aio quod ratio pyramidis AB ad conum GD componitur ex ratione basis B ad basim D et ex ratione altitudinis AB ad altitudinem GD.

   Ponatur enim conus EZ super circulum Z aequalem circulo D, vel pyramis EZ super basim Z aequalem basi D, cuius altitudo EZ sit
10 aequalis altitudini AB; eritque per 33^{am} praemissam pyramis AB ad conum EZ, vel per 8^{am} 12^i ad pyramidem EZ, sicut basis B ad basim Z, et per 11^{am} 12^i. Si EZ sit conus (vel per praemissam si sit pyramis), erit conus EZ, vel pyramis EZ, ad conum GD, sicut celsitudo EZ ad celsitudinem GD. Verum ratio pyramidis AB ad conum GD componitur ex ratione

15 pyramidis *AB* ad conum sive pyramidem *EZ* et ex ratione coni sive pyramidis *EZ* ad conum *GD*. Ergo eadem ratio pyramidis *AB* ad conum *GD* componetur ex ratione basis *B* ad basim *Z* vel basim *D* (cum sint aequales) et ex ratione celsitudinis *EZ* vel celsitudinis *AB* (cum sint aequales) ad celsitudinem *GD*, et hoc erat demonstrandum.

Corollarium I.

20

Manifestum est ergo quod similiter prismatis et cylindri ratio ex basium et celsitudinum rationibus componitur, cum prisma pyramidis, et cylindrus coni, sit triplus.

Corollarium II.

25 Unde facillime sequitur ut pyramis et conus quorum bases sunt fastigiis reciprocae sint invicem aequales; contra, si pyramis et conus ad invicem extiterint aequales, eorum bases erunt fastigiis reciprocae; et hoc idem de prismate et cylindro sentiendum.

Propositio XXXVI.

SPHAERA AEQUALIS EST PYRAMIDI CUIUS BASIS AEQUALIS EST SPHAERICAE SUPERFICIEI, CELSITUDO AUTEM SPHAERAE SEMIDIAMETRO.

5 Esto sphaera *A*; pyramis autem *P* basim habeat aequalem superficiei sphaerae *A*, celsitudinem vero aequalem semidiametro sphaerae *A* [Fig. III.5C.36].

Aio quod aequalis est *P* pyramis sphaerae *A*.

Sit enim conus *M* basim habens aequalem superficiei sphaerae *A*, celsitu/dinem vero aequalem semidiametro sphaerae *A*. Itaque *P* pyramis

83

11 et *M* conus et bases et celsitudines invicem aequales habent. Quare per 2^{um} corollarium 33^{ae} praecedentis aequalis est *P* pyramis cono *M*. Sed conus *M* per 24^{am} (! 25^{am}) aequalis est sphaerae *A*. Ergo et *P* pyramis aequalis est sphaerae *A*, quod est propositum.

Corollarium I.

15

Unde manifestum est quod prisma cuius basis aequalis est superficiei sphaerae, celsitudo autem aequalis semidiametro sphaerae, est triplum ad sphaeram, quoniam per 8^{am} 12^{i} tale prisma triplum est suae pyramidis, quae aequalis est sphaerae.

Corollarium II.

20

Quare prisma cuius basis aequalis est superficiei sphaerae, celsitudo vero tertia pars semidiametri sphaerae, est aequale ipsi sphaerae.

Corollarium III.

Et quoniam superficies sphaerae per 10^{am} huius aequalis est rectangulo
25 quod fit ex diametro sphaerae in peripheriam sui maximi circuli, ideo

sphaera aequalis est ei solido parallelepipedo cuius basis est dictum rectangulum, celsitudo autem tertia pars semidiametri sphaerae.

Corollarium IV.

30 Manifestum est ergo quod ex ductu semidiametri sphaerae in superficiem eius producitur triplum soliditatis sphaerae, nam tale productum est soliditas prismatis habentis basim aequalem superficiei sphaerae et altitudinem aequalem semidiametro sphaerae.

Corollarium V.

35 Quamobrem ex ductu tertiae partis semidiametri in superficiem sphaerae producitur soliditas sphaerae.

Propositio XXXVII.

SECTOR SPHAERICUS AEQUALIS EST PYRAMIDI CUIUS BASIS AEQUALIS EST BASI SPHAERICAE SECTORIS, CELSITUDO VERO SEMIDIAMETRO SPHAERAE.

5 Sit sector sphaericus A [Fig. III.5C.37]; pyramis autem P habeat basim aequalem sphaericae basi sectoris A, celsitudinem autem semidiametro sphaerae cuius est sector A.

84 Aio quod pyramis P aequalis est / ipsi A sectori.

Sit enim conus M, cuius basis aequalis sit sphaericae basi sectoris A, 10 celsitudo vero semidiametro sphaerae. Eritque per 2^{um} corollarium 33^{ae} huius pyramis P aequalis cono M. Sed conus M per 30^{am} aequalis est sectori A; igitur et pyramis P aequalis est sectori A, quod erat propositum.

Corollarium I.

15 Unde manifestum est quod prisma cuius basis aequalis est sphaericae basi sectoris sphaerici, celsitudo autem aequalis semidiametro sphaerae, est triplum ipsius sectoris, quandoquidem per 8^{am} 12^{i} tale prisma triplum est suae pyramidis, quae aequalis est sectori. Quare prisma cuius basis aequalis est sphaericae basi sectoris sphaerici, celsitudo autem tertia pars semidiametri sphaerae, aequale est sphaerico sectori dicto.

20 Et quoniam basis sphaerica sectoris sphaerici per corollarium 16^{ae} huius aequalis est circulo cuius semidiameter est recta quae a vertice segmenti sphaerici ad peripheriam basis, hic autem circulus per 4^{am} de dimensione circuli aequalis est rectangulo contento sub sua semidiametro et dimidio peripheriae, ideo parallelepipedum solidum cuius basis est dictum rectangulum, celsitudo vero tertia pars semidiametri sphaerae aequale est
25 dicto sectori sphaerico.

Corollarium II.

Manifestum est ergo quod ex ductu semidiametri sphaerae in basim sphaericam sectoris sphaerici producitur triplum sectoris. Ex ducto vero
30 tertiae partis semidiametri in dictam basim producitur sector ipse.

Propositio XXXVIII.

SPHAERA AD CUBUM SUAE DIAMETRI RATIONEM HABET QUAM UNDECIM AD UNUM ET VIGINTI FERE.

Sit sphaera A, cubus R, cuius latus aequum sit diametro sphaerae
5   A [Fig. III.5C.38].

Aio quod sphaera A ad cubum R est fere sicut 11 ad 21, quod sic concludam.

Sit cylindrus S, cuius basis diameter diametro sphaerae A et celsitudo eidem diametro sit aequalis. Itaque prismatis R et cylindri S celsitudo
10   est una. Quare per corollarium 33^{ae} huius erit sicut basis prismatis R ad basim cylindri S, sic prisma R ad cylindrum S. Sed basis prismatis R est quadratum quod ex diametro basis cylindri S; estque per 8^{am} de dimensione circuli quadratum quod ex diametro circuli ad circulum sicut 14 ad 11 fere. Igitur prisma R ad cylindrum S est fere sicut 14 ad 11.
15   Per corollarium autem 26^{ae} huius vel per 28^{am} cylindrus S sesquialter est ad sphaeram A, et ideo sicut 21 ad 14. Ergo per 23^{am} 5^i ex aequa proportione erit sicut 21 ad 11, sic cubus R ad sphaeram A, quod est propositum.

/ Corollarium I.

20   Manifestum est ergo quod 21 sphaerae sunt aequales 11 cubis qui fiunt ex diametro sphaerae. Patet, nam per praemissam sphaera ad cubum suae diametri est sicut 11 ad 21. Ergo per 13^{am} quinti 11 sphaerae ad 11 cubos sunt sicut 11 ad 21. Ergo conversim 11 cubi ad 11 sphaeras sunt sicut 21 ad 11. Sed 21 sphaerae ad 11 sphaeras sicut 21 ad 11.
25   Igitur 21 sphaerae eam habent rationem ad 11 sphaeras quam 11 cubi ad easdem 11 sphaeras. Quare per 9^{am} quinti 21 sphaerae aequales sunt 11 cubis qui ex diametro sphaerae.

Corollarium II.

Unde manifestum est si cubus qui ex diametro cuiuspiam sphaerae
30   multiplicetur undecies, producti pars 21^a erit solidum sphaerae; contra si sphaera vicies semel multiplicetur, producti pars 11^a erit cubus qui ex diametro sphaerae. Sed haec supponunt rationem peripheriae ad diametrum triplam sesquiseptimam. Quod si peripheriae ad diametrum ratio supponatur tripla superpartiens 10/71—quoniam tunc per 8^{am} de
35   dimensione circuli quadratum quod ex diametro circuli ad ipsum circulum est sicut 284 ad 223 et per 28^{am} huius sphaera ad cylindrum (! cylindrus ad sphaeram) est sicut 426 ad 284 scilicet sequialtera—ideo ex 23^a quinti ex aequa perversim proportione erit sicut 426 ad 223, sic cubus R ad sphaeram A. Quamobrem tunc 426 sphaerae erunt aequales cubis 223 qui
40   fiunt ex diametro sphaerae, quod sequitur ex dicta argumentatione. Unde si cubus qui ex diametro sphaerae multiplicetur 223es, producti pars 426^a erit solidum sphaerae. Contra, si sphaera 426es multiplicetur

producti pars 223ᵃ erit cubus qui ex diametro sphaerae. Verum prima suppositio, quae facit peripheria[m] ad diametrum esse triplam sesquisep-
45 timam, facit et sphaeram aliquanto maiorem vero; altera autem quae peripheriam ad diametrum profert triplam superpartientem 10/71 facit sphaeram aliquanto minorem veritate. Non enim licuit in hoc punctum geometricum attingere—non ipsi quidem Archimedi quamvis geo-metrarum omnium acutissimo.

50

Finis

Messanae 10. Septembris octavae Indictionis 1534.

The Book of Archimedes On the Sphere and the Cylinder From the Tradition of Eutocius, Augmented, Restored in the Best Order, and Emended by Fran-cesco Maurolico the Mamertine, Most Zealous in the Mathematical Discipline

Proposition I.

THE SURFACE OF A PYRAMID ERECTED ON AN EQUIANGU-LAR AND EQUILATERAL BASE (THE SURFACE BEING A COL-LECTION OF TRIANGLES MEETING AT THE APEX OF THE PYRAMID) IS EQUAL TO THE RIGHT TRIANGLE ONE OF WHOSE SIDES ABOUT THE RIGHT ANGLE IS EQUAL TO THE PERPEN-DICULAR DRAWN FROM THE APEX TO A SIDE OF THE BASE AND THE OTHER TO THE PERIMETER OF THE BASE.[1]

For example, let a pyramid with apex Z be erected on the equilateral and equiangular pentagon $ABGD$ as a base, so that the straight line from point Z to the center of a circle circumscribing pentagon ABG be perpen-dicular to the pentagon [see Fig. III.5C.1]. Whence it happens that the triangles which meet at apex Z are mutually equilateral and equiangular. Moreover, let perpendicular ZH fall from point Z to one of the sides of the pentagon, say AB. And let right triangle TKL be posited, with its right angle at K and whose side TK is equal to ZH and side KL to the whole perimeter of pentagon ABG.

And so I say that the whole surface of the pyramid, which is a collection of triangles joined at apex Z, is equal to $\triangle TKL$.

For let KL be cut into as many segments as there are sides of base ABG, i.e., in this example, into five parts: KM, MN, NX, XO, OL, each equal to a single side of base ABG. And let TM, TN, TX, TO be joined. And so since the bases AB and KM of triangles AZB and TKM are equal, as are

[1] See the Commentary to Text C, Prop. I, lines 5–11.

the perpendiculars ZH and TK, therefore, by I.38 [of Euclid] these triangles are equal. But, by VI.1, $\triangle TKL / \triangle TKM = KL / KM$, and hence as 5 : 1; so also the surface of pyramid ABG—which surface is the collection of the five triangles meeting at point Z—is five times $\triangle AZB$. Therefore, the said surface of pyramid ABG is equal to $\triangle TKL$. Q.E.D.

Proposition II.

THE CURVED [i.e. LATERAL] SURFACE OF A [RIGHT] CONE IS EQUAL TO THE RIGHT TRIANGLE ONE OF WHOSE SIDES CONTAINING THE RIGHT ANGLE IS EQUAL TO THE CONICAL SLANT HEIGHT AND THE OTHER TO THE CIRCUMFERENCE OF THE BASE.[1]

Let there be a right triangle ABG with right angle at B [see Fig. III.5C.2]. When this triangle is rotated about AB as an axis until it returns to its [starting] place, a cone is described which has A as its apex and circle GDE as its base. And let there be a right triangle ZHT having a right angle at H and whose side ZH is equal to slant height AG and where side HT is equal to the circumference of circle GDE.

I say that the conical surface of cone $AGDE$ which line AG describes is equal to $\triangle ZHT$.

For if $\triangle ZHT$ is not equal to the conical surface of $AGDE$ it will be completely equal to the conical surface of a cone having a base less or greater than circle GD and an altitude the same as of cone AGD. Therefore, in the first place let $\triangle ZHT$ be equal to the conical surface of a cone having its apex at A and its base at circle KL less than circle EG, and a side AL. This cone is evidently the one which is described by $\triangle ABL$. And, by XII.13 [of Euclid][2] let a regular polygon be described within circle EG whose sides do not at all touch circle KL; and from apex A let slant heights descend to the angles of the polygon, which with the sides of the polygon will contain the pyramid having the same apex as cone AGD and included therein. And so let a perpendicular AM be drawn from apex A to one of the sides of polygon EG, e.g., to side GD. And, by the preceding [proposition], the surface of pyramid AGD, which is the collection of triangles meeting at apex A, is equal to the right triangle one of whose sides about the right angle is equal to perpendicular AM while the other is equal to the perimeter of polygon GDE. Therefore, a triangle of this sort is less than $\triangle ZHT$ whose sides about the right angle, ZH and HT, are greater, being equal to side AB and the circumference of circle GDE, which are [respectively] greater than perpendicular AM and the perimeter of polygon GDE. But $\triangle ZHT$ was equal to the surface of cone ALK. Therefore, the said surface of pyramid AGD is less than the surface of cone ALK which is impossible since the surface of the pyramid is greater than the included surface of cone ALK. On thus: since $\triangle ZHT$ is greater than the triangle to which the surface of the pyramid is equal, while the surface of the pyramid

Prop. II
[1] See Com., Prop. II, lines 2–5.
[2] *Ibid.*, line 19.

is greater than the included surface of cone ALK; therefore $\triangle ZHT >$ surf. cone ALK; and so it is not equal to it as was supposed.

Now let $\triangle ZHT$ be equal, if possible, to the conical surface of a cone having a greater base than circle GD and having the same altitude as cone AGD; and, for the sake of brevity, let the supposed cone be ALK and side ZH of $\triangle ZHT$ be equal to slant height AL and side HT equal to the circumference of circle KL.

I say now that it is not possible for $\triangle ZHT$ to equal the lateral surface of some cone having as its base a circle greater than circle KL and its apex at H.

For if it is possible, let $\triangle ZHT$ be equal to the surface of a cone whose base circle $EG >$ circle KL; and, as before, let there be described within circle EG a regular polygon not touching circle KL, and on the polygon [let there be erected] pyramid GD with apex A, from which we let drop perpendicular AM to side DG of the polygon. And, by the preceding [proposition], the surface of pyramid AGD, being a collection of triangles at the apex, is equal to a right triangle one of whose sides about the right angle is equal to perpendicular AM while the remaining side is equal to the perimeter of polygon GDE. And so this triangle is greater than $\triangle ZHT$ since it has sides about the right angle which are greater. But $\triangle ZHT$ was equal to the surface of cone $AGDE$. Therefore, the said surface of the pyramid is greater than the surface of the cone $AGDE$, that is, the "included" is greater than the "including," which is impossible. Hence, in the same way, if side ZH of $\triangle ZHT$ is equal to slant height AG and side HT to the circumference of circle EG, $\triangle ZHT$ would not be equal to the surface of some cone whose base is greater than circle EG and has its apex in A. And it was demonstrated that the same triangle is not equal to the surface of any cone whose base is less than circle EG and has its apex at A. It remains, therefore, that the same $\triangle ZHT$ is equal to the conical surface of cone $AGDE$. Q.E.D.

Corollary I.

Therefore, it is evident that a conical surface is produced from the product of a conical side (i.e. slant height) and one-half the circumference of the base, just as the area of a [right] triangle (by I.41 [of Euclid]) arises from the product of one of the sides about the right angle in the right triangle and one-half the other [side about the right angle].[3]

Corollary II.

Again, the conical surface is produced from the product of the radius of the conical base and the semicircumference of the circle whose radius is the conical side (i.e. slant height). This follows out of the third corollary of the sixth [proposition].[4]

[3] *Ibid.*, lines 66–69.
[4] *Ibid.*, lines 71–73.

Corollary III.

Then the circle whose radius is the mean proportional between the slant height and the radius of the conical base is equal to the conical surface, which follows from the last corollary of the sixth [proposition].[5]

Proposition III.

THE CONICAL SURFACE IS TO THE BASE AS THE CONICAL SIDE [I.E. SLANT HEIGHT] IS TO THE RADIUS OF THE BASE.[1]

Let there be cone ADG described by the rotation around AB as an axis of $\triangle ABG$ having a right angle at B; the apex of the cone is A, its base [circle] DG and its [base] radius BG [see Fig. III.5C.3].

I say that the lateral surface of cone ABG is related to circle DG as slant height AG is to radius BG.

For let there be $\triangle ZHT$ having a right angle at Z and with side ZH equal to slant height AG while ZT is equal to the circumference of circle DG. Also, from ZH (which is greater than BG since AG is greater than it) let there be cut ZN equal to BG, and let NT be joined. By [Proposition] IV of the *Booklet on the Measurement of the Circle*, $\triangle ZNT$ = circle DG, while $\triangle ZHT$ (by the preceding [proposition]) is equal to the lateral surface of cone DAG. But, by VI.1 [of Euclid] and conjunct proportionality, $ZH / ZN = \triangle ZTH / \triangle ZTN$. Therefore, lat. surf. ADG / circle $DG = ZH / ZN = AG / BG$. Q.E.D.

Or as follows: By the corollary of [Proposition] IV of *On the Measurement of the Circle*, the area of circle DG is equal to the product of radius BG and semicircumference DG. By corollary [I] of the preceding [proposition], the conical surface of ADG is equal to the product of slant height AG and semicircumference DG. Therefore, by VI.1 again, AG / BG = lat. surf. ADG / circle DG. Q.E.D.

Proposition IV.

THE LATERAL SURFACE OF A [RIGHT] CYLINDER IS EQUAL TO THE RECTANGLE CONTAINED BY THE SIDES, ONE OF WHICH IS EQUAL TO THE AXIS OF THE CYLINDER, WHILE THE OTHER IS EQUAL TO THE CIRCUMFERENCE OF THE BASE.[1]

Let there be a rectangle $ABGD$. When it has been rotated once about side AB as the fixed [axis], a cylinder is described which has AB as its axis and circle GE as its base [Fig. III.5C.4]. And let there be rectangle ZHT whose side ZH is equal to axis AB while its side HT is equal to the circumference of circle EG.

[5] *Ibid.*, lines 75–77.
Prop. III
[1] See Com., Prop. III, lines 2–3.
Prop. IV
[1] See Com., Prop. IV, lines 2–5.

I say that the cylindrical surface which side *GD* describes is equal to rectangle *ZT*.

For if rectangle *ZHT* is not equal to the cylindrical surface which line *DG* describes, it will be equal to a cylindrical surface of some cylinder having a base greater or less than circle *EG* and described about the same axis. Therefore, in the first place, let rectangle *ZHT* be equal to the lateral surface of a cylinder whose base is a circle *KL* less than circle *EG* and whose axis is the same *AB*. This cylinder is evidently the one described by the rotation of rectangle *ABLM* about axis *AB* and whose lateral surface is described by line *LM*. And, by XII.13 [of Euclid],[2] let regular polygon *EG* be inscribed in circle *EG* and not at all touching circle *KL*. On this polygon let a prism be erected with the same altitude as the cylinder, the sides of the cylinder having been drawn perpendicular to the angles of the polygon. And the rectangular [surfaces] of the prism, whose bases are the sides of the polygon, together will be equal (by I.36 and VI.1 [of Euclid]) to the rectangle which arises from the product of axis *AB* and the perimeter of polygon *EG*. But this rectangle is less than rectangle *ZT*, which arises from the product of axis *AB* and the circumference of circle *EG*, which latter is greater than the perimeter of the polygon. But the rectangle *ZT* was equal to the cylindrical surface which line *LM* describes. Therefore, the [surface] rectangles of the prism whose base is polygon *EG* are [together] less than the cylindrical surface which line *LM* describes; the including surface, I say, is less than the included, which is impossible.

Or as follows. Since rectangle *ZT* is greater than the aforesaid [surface] rectangles of the prism while the rectangles of the prism are [together] greater than the cylindrical surface which line *LM* describes, since the "including" is greater than the "included," therefore, rectangle *ZT* is greater than the cylindrical surface which line *LM* describes. Therefore, it is not equal to it, as was proposed.

Now let rectangle *ZHT* be equal, if possible, to the cylindrical surface of a cylinder having a base greater than circle *EG* and an axis *AB*. And, for the sake of brevity, let the supposed cylinder be the one whose axis is *AB* and whose base circle is *KL*, the one evidently described by the rotation of rectangle *ABLM* once about axis *AB*, and side *ZH* of rectangle *ZT* is equal to axis *AB* while side *HT* is equal to the circumference of circle *KL*.

I say now that it is not possible for rectangle *ZT* to be equal to the lateral surface of some cylinder described about axis *AB* and having a base greater than circle *KL*.

For if it is possible, let rectangle *ZT* be equal to the lateral surface of the cylinder whose base circle *EG* is greater than circle *KL*, which is evidently the one described by the rotation of rectangle *ABGD* about axis *AB* and whose lateral surface is described by line *GD*. And, as before, let a regular polygon be inscribed in circle *EG* but not touching circle *KL*.

---

[2] See Com., Prop. II, line 19.

